DE

INCORPORATIONE BENEFICIORUM.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

ILLUSTRIS JURECONSULTORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

PRO

SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS

RITE CAPESSENDIS

DIE XIX OCTOBRIS ANNI MDCCCLXXIII

UNA CUM THESIBUS ADJECTIS

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

GEORGIUS MARIA DE KUJAWA

SILESIUS

REFERENDARIUS REGIUS.

ADVERSARII ERUNT:

CAROLUS STECKEL, J. U. DR. ET REFERENDARIUS REGIUS.
JULIUS HAEHNE, CAND. JURIS.

GLACII,

TYPIS L. SCHIRMERI.

MDCCCLXXII.

PATRI
OPTIMO CARISSIMOQUE

HUNC LIBELLUM

GRATI PIIQUE ANIMI DOCUMENTUM

ESSE VOLUIT

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Ab Ill. Ictorum Ordine Universitatis Vratislaviensis aô proximo haec fuerat certaminis literarii in medium posita materies: „De innovatione beneficiorum, quae fit per incorporationem.“ Accesserat per additamentum quaestio biennio abhinc prolata, quum idoneum responsorem nondum invenisset, repetita: „De ratione, quam jus Romanum inter traditionem et causam traditionis statuerit, agatur.“ Quarum quaestionum ad priorem solvendam me accinxi. Atque clementer opusculo meo Ordo Ill. indulsit. Nam die natali serenissimi nostri imperatoris et regis Guilelmi auctorem libelli, cui praefixum erat symbolum illa l. 2 § 14 C. de vet. jur. enucl. 1, 17: „Omnium habere memoriam et penitus in nullo peccare divinitatis magis quam mortalitatis est“, praemio condecorandum esse judicavit. Reserata igitur schedula nomen meum oblatum est. Quem libellum superfluis quibusdam omissis, aliis nonnullis adjectis auctoritate et consensu Ill. Ordinis offero. Ut lectores et judices eum benevole excipiant defectibusque ejus ignoscant, in votis habeo et studiose accuro.

GEORGIUS MARIA DE KUJAWA.

CONSPECTUS LIBELLI.

PROLEGOMENA.

De beneficiis. Pag.

SECTIO I.

De notione, discrimine, indole incorporationis.

SECTIO II.

De iis, quae in incorporationibus requiruntur.

SECTIO III.

Quos diversos effectus diversae incorporationis species habeant.

PARS I.

Jura spiritualia.

Cap. I. Incorporatio minus pleno jure facta.

Cap. II. Incorporatio jure pleno facta.

Cap. III. Incorporatio jure plenissimo facta.

Cap. IV.

PARS II.

SECTIO IV.

SECTIO V.

PROLEGOMENA.

DE BENEFICIIS.

§ 1.

De origine,[1] notione, indole eorum.

Antiquissimis ecclesiae christianae temporibus mos erat ecclesiasticis muneribus sine mercede fungi.[2] Sed ecclesia, quae nunquam noluit clericos, qui sunt de sorte domini, et quorum sors i. e. pars dominus est,[3] nihil nisi deum curare,[4] etiam noluit eos cogi operam in victu quaerendo collocare et negotiis saecularibus se alligare. Quare pauperes clerici stipendia acceperunt, quae ex iis, quae christiani sponte conferebant, sumebantur.[5] Episcoporum erat has res aequabiliter dispetiri ad sustentationem clericorum, fabricam ecclesiarum, sumptus sacrorum etc., qui quidem plerumque per diaconos et presbyteros indigentibus omnia dispensabant.[6] Quum postea lege imperatoris Constantini[7] ecclesiae facultas data esset bona etiam per testamenta acquirendi, brevi tempore imprimis fundi donationibus opes pro illorum temporum ratione atque inclinatione pia valde adauctae sunt.[8] Nunc

---

1) De hac re speciali cf. L. Thomassin: Vetus ac nova disciplina circa beneficia et beneficiarios. Paris. 1691. P. 3. L. 2. c. 1sqq; — Just. H. Böhmeri: Jus eccles. Protest. Lib. 3. Tit. 5. § 2 sqq.; — F. Röstell: De bon. eccles. ante Constant. magn. Regiom. 1825; — J. B. Braun: Das kirchl. Vermög. der ältest. christl. Zeit bis auf Justinian. Giess. 1860; Phillips: Kirchen-Recht tom. VII. Regensb. 1869 § 378; Nunc etiam: Das Eigenthum am Kirch.-Vermögen von H. v. Poschinger. Münch. 1871.

2) c. 6. C. I. q. 3; — H. Fitting: Das castrense peculium Halle 1871 p. 512.

3) ut ait Hieronymus ad Nepotianum cf. c. 5 C. XII. q. 1.

4) cf. L. Gitzler: Commentatio de studiis clericor. eorumque in jur. can. dignit. Vratisl. 1870 § 2 p. 9 sq.

5) c. 6. C. XXI. q. 3; c. 6, 7, 8 c. I. q. 2; Phillips: Lehrb. des Kirch.-Rechts. Regensb. 1871 p. 424.

6) c. 23, 24 C. XII. q. 1.; Ferd. Walter: Lehrb. des K.-R. 12. Aufl. Bonn 1856 p. 478 sqq.; Phillips l. c.

7) l. I. C. de sacros. eccles. 1, 2.

8) cf. Braun l. c. § 1 p. 1 sqq. et § 2 p. 16 sqq.

ex bonorum reditibus clerici ali potuerunt. Etiam nunc episcopi bona distribuebant. Sed, cum antea distributiones prorsus sua voluntate suoque arbitratu facere possent, mox certae consuetudines pro diversis regionibus diversae [1]) exsistunt reditus ecclesiasticos dividendi; v. g. modus in Italia usitatissimus talis est, ut quatuor fiant portiones, quae ita distribuuntur, [2]) „ut unam sibi tollat antistes (i. e. episcopus), aliam clericis pro suo judicio et electione dispertiat, tertiam pauperibus sub omni conscientia faciat erogari, fabricis vero quartam" tribuat. [3]) Sed, ut rectissime V. D. Fitting [4]) ex verbis c. 26 et 28 c. XII. q. 2 argumentatus est, jam non solum necessitatis, [5]) sed etiam meritorum ratio habita est. Quae praescripta etiam opinione nixa sunt clericos milites esse dei [6]) et ita, sicuti milites principi cuidam deservientes pro sua quisque virtute praemia accipiunt, etiam pro laboribus ecclesiae praestitis stipendia consequi debere. [7]) Pro quibus stipendiis jam quinto, sed magis sexto saeculo factum est, ut fundi clericis assignarentur vel in certum vel in incertum tempus. Et quamquam Gelasius papa (c. 23 c. XII. q. 2) talia Justino archidiacono scripserat: „omnia praedia ad vestrum revocetis studium, nec cuiquam clerico pro portione sua aliquod solum ecclesiae putetis esse deputandum, ne per incuriam et negligentiam minuatur", tamen paulatim maxime solitum erat certos fundos clericis dare vel etiam certa alia bona ecclesiastica iis assignare, et, ut Roth ait, ex more hae precariae, uti assignationes

---

[1]) cf. A. L. Richter: Lehrb. d. kath. u. ev. K.-Rs. Leipzig 1842, p. 596; Ratzinger: Geschichte der kirchl. Armenpflege. Freiburg i/Br. 1868. p. 72 sqq.; v. Poschinger l. c. p. 104 sqq.

[2]) uti ait c. 23 C. XII. q. 2.

[3]) quod probant c. 25 — 30. C. XII. q. 2.

[4]) l. c. p. 513.

[5]) Quae quidem olim, cum ecclesia saepe omnibus necessariis indigeret, sola respici potuerat; quod demonstratur verbis S. Apostoli: „habentes victum et tegumentum contenti simus;" cf. etiam Actor. 4, 35.

[6]) Quae opinio confirmata est verbis S. Apostoli Pauli, qui ad Corinth. in epist. I., c. 9 ordinavit: „ut qui altari deserviunt, de altari nutriantur, quomodo nec milites unquam suis annonis arma hostibus inferant." cf. de „militia dei" eximiam illam explicationem apud Fitting l. c. § 72.

[7]) c. 10 C. I. q. 2.

vocabantur, in vitae tempus dari solebant.[1]) Praesertim parochorum muneribus, qui in locis a sede episcopi disjunctis erant, fundi vel alii certi proventus ecclesiastici assignabantur, et saepissime etiam a piis laicis ecclesiae cuidam speciali fundi vel alia bona donata sunt, quae tantum ad dotanda munera clericorum in hac ecclesia deservientium impenderentur.[2]) Quae cum iterum iterumque fierent, mox imprimis nono et decimo saeculo eo res venit, ut, qui clericus munere ecclesiastico fungeretur, jam per hoc munus haberet fundum vel alios ecclesiasticos reditus assignatos. Cui assignationi, sicuti in jure feudali bonis vassis datis, nomen beneficii impositum est, et tam arcte munus seu officium cum beneficio copulatum videbatur, ut dici posset: nullum beneficium ecclesiasticum sine officio et nullum officium sine beneficio dari.[3]) Unde effectum est, ut voce beneficii saepissime uterentur pro voce officii et ut haec fere idem valerent, quia nunquam a se disjungi possunt,[4]) atque in jure canonico munus ecclesiasticum saepius beneficium quam officium nominaretur.[5])

Quod si ad verbum beneficii definiendum progredimur V. D. Phillips assentiri debemus, qui[6]) contendit fere idem esse, si dicimus: beneficium esse jus perpetuum clerici percipiendi reditus ex bonis ecclesiasticis, quocum officium servitii spiritualis auctoritate ecclesiae connexum est,[7]) et si dicimus: beneficium esse jus et officium habendi munus ecclesiasticum auctoritate ecclesiae constitutum, quocum jus perpetuum certos ex bonis ecclesiasticis reditus percipiendi

---

[1]) P. Roth.: Gesch. des Beneficial-Wes. Erlang. 1850 p. 260 et ejusd.: Feudalität u. Unterthanen-Verband. Weimar 1863 p. 160; Ratzinger l. c. p. 134 sq., Poschinger l. c. p. 117 sqq.

[2]) cf. J. H. Böhmer. l. c. lib. III. Tit. 5. § 51.

[3]) c. 15 de rescript. in VIto. 1, 3.

[4]) Quod omnes fere jur. can. doctores testantur. cf. J. Fösser: De unione, speciatim de incorporatione beneficiorum in: Archiv für kath. Kirch.-R. von v. Moy u. Vering Bd. 21 (N. F. Bd. 15) Mainz 1869 p. 353.

[5]) cf. Richter l. c. § 107 p. 196.

[6]) K.-R. l. c. p. 267.

[7]) Quam definitionem ad literam fere habet: F. Schmalzgrüber: Clerus saecular. et regul. Lib. III. T. 1. Ingolstad. 1714. Tit. 5 § 5 n. 2.

connexum est. Si ad originem beneficii ipsam spectamus, magis priori definitioni nobis suffragandum erit. Quod quidem omnes fere canonistae faciunt,[1] et cui equidem potius assentiar. Altera definitio magis muneris officia respicit et hanc malunt theologi.[2]

Si ad beneficiorum naturam pertinentia quaerimus, jam in his definitionibus ea invenimus. Primum est conjunctio beneficii cum officio ecclesiastico,[3] ita ut officium ecclesiasticum sine beneficio ecclesiastico deferri non possit,[4] nec beneficium sine officio. Quapropter non sunt beneficia reditus illi ex bonis ecclesiasticis, qui pro servitiis non spiritualibus ecclesiae praestitis dantur, v. g. pro bonorum ecclesiasticorum administratione, quia haec servitia non sunt officia ecclesiastica. Secundum est perpetuitas beneficii,[5] quae quidem etiam complectitur inamovibilitatem, quam vocant, i. e. jus clerici muneris ecclesiastici tamdiu sustinendi, quamdiu non est canonice destitutus.[6] Ex quo effici potest beneficia manualia non esse beneficia propria, quia in his clerici sunt ad nutum amovibiles.[7] Tertium est institutio per auctoritatem ecclesiasticam.[8]

§ 2.

De innovationibus beneficiorum.

Ecclesia, quae rebus novis haud prona est, et ea, quae consistunt, conservare studet, etiam beneficia semel erecta non innovari optat. Quod demonstratur c. 15 i. f. C. I. q. 3 nec non c. 8 X. de praebend et dignit. 3, 5, quod talia dicit: „Idcirco sicut in magnis ita quoque in minimis membris suis firmatam ecclesia habet unitatem, divisionem praebendarum aut dignitatum permutationem fieri prohibemus.“

---

1) Quod testatur Phillips l. c.
2) Phillips l. c.
3) c. 15 de rescript. in VIto. 1, 3.
4) c. 8 X de consecr. eccl. 3, 4; c. 9 dist. 1 de consecr.
5) De qua re latius Phillips l. c.
6) c. 2 dist. 70; c. 10 X de purg. can. 5, 34; c. 3 C. VII q. 1.
7) Phillips l. c.; Walter l. c. p. 429.
8) Richter l. c. p. 245; Fösser l. c. p. 355; Phillips l. c.

Sed ecclesia non sine conditione nova reprobat atque respuit; sed, si ecclesiae christianae utile et salubre esse videtur, etiam patitur, quin imo optat atque jubet ea, quae consistunt, aliis permutari. Quamobrem etiam certis ex causis beneficiorum innovationes permittuntur. Quae causae sunt evidens necessitas et utilitas.[1]) Etiamsi vero hae causae necessariae adsunt, tamen auctoritas quoque ecclesiastica ad innovationes faciendas postulatur.[2]) „Majora innovare beneficia ad summum Pontificem petinere dignoscitur; episcopi est beneficiorum dioeceseos suae innovatio." In his innovandis etiam capituli consensus requiritur.[3]) Praeterea audiendi sunt ii, quorum interest, et qui incommodum capere possent ex innovationibus.[4]) Hi sunt nostris temporibus gubernia civilia secundum pacta vulgo inter sedem apostolicam et gubernia confecta,[5]) patroni, quorum maxime interest propter jus praesentandi et alimentorum, quod iis competit, si ad egestatem redacti sint. Etsi vero patroni ecclesiastici non consentiant, innovatio non impeditur.[6]) Clericum, qui tenet beneficium, audiri non erit omnino necessarium, cum ei, quia habet jus quaesitum, beneficium, nisi canonice sit destitutus vel resignaverit, non adimetur.[7]) Neque populum, qui in parochia unienda habitat, audiri opus est, quamquam id ecclesiae utilitati erit.[8])

Si de diversis innovationis speciebus agemus, non erit

---

[1]) c. 33 X de praeb. et dign. 3, 5.

[2]) c. 8 X de excess. prael. 5, 31.

[3]) c. 8 X de his, quae fiunt a Prael. 3, 10; cl. 2. de reb. eccl. non alien. 3, 4; Conc. Trid. Sess. 24. c. 15 de ref.

[4]) Conc. Trid. Sess. VII c. 6 de ref. verb.: „vocatis, quorum inter est;" — Jus ecclesiast. univers. auct. Zegero B. van Espen P. II. T. 23. c. 3 § 1 sqq.; Richter l. c. p. 246; J. Devoti: Institutiones canonic. Romae 1825 Bd. 2 p. 255.

[5]) cf. v. g. Conc. Bavaric. Art. XI. n. f. „collatis cum Regia Majestate consiliis parochias erigere, dividere, unire" episcopis liberum erit. (apud Walter l. c. p. 699).

[6]) cf. Richter l. c. p. 246 § 134.

[7]) Gonzalez Tellez: Comment. perpet. in sing. text. V libr. decret. Greg. IX. Lugd 1715: l. 5 T. 31 p. 424; Seitz: Das Pfarramt der kath. Kirch. Regensb. 1840 Thl. I. § 13 p. 37.

[8]) v. Espen l. c. c. III. n. 15.

mentio facienda suppressionis vel exstinctionis, quamquam multi docti hoc faciunt;[1]) nam, quod supprimitur vel exstinguitur vel, ut Foesseri[2]) verbis utar, „cujus non solum forma immutatur, sed quod ipsum quoad spiritualia et temporalia prorsus tollitur", non innovari posse censeo.

Praeterea incorporationem nunc quidem omittentes, quia infra de ea latius tractabitur, duo modos innovandi beneficia: sectionem vel divisionem et unionem proferemus.

Quod ad sectionem vel divisionem attinet, invenimus eam, ubi ex uno beneficio duo vel plura fiunt, quae e. g. adhibetur, „si", ut ait Sess. XXI. Conc. Trid. c. 4 de ref., „ob locorum distantiam sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta vel divina officia audienda accedere non possunt." In divisionibus ne beneficiarii quidem consensus requiritur, si pars fructuum ei adimitur et beneficiario pro altera beneficii parte destinato adscribitur, nisi ei portio congrua i. e. pars fructuum, quae ad sustentationem clerici necessaria est, laedatur.[3])

Ab hac propria divisione separantur dismembratio et deminutio, quae quidem species sunt divisionis.

Deminutionem et dismembrationem interpretati docti non omnes una consentiunt. Alii per illam partem temporalium ab uno in alterum beneficium transferri ajunt et per dismembrationem partem parochianorum ab ecclesia matrice separari et alii ecclesiae propiori attribui,[4]) alii deminutionem esse aut dismembrationem i. e. translationem partis temporalium in aliud beneficium aut census impositionem aut pensionis contendunt.[5]) Non negandum est dismembrationi et deminutioni magnam esse similitudinem. Sed equidem puto dismembrationem describendam esse in-

---

1) veluti v. Wiese: Grundsätze des gem. in Teutschl. übl. K.-Rs. 4. Aufl. Götting. 1819 § 198; Walter l. c. p. 433; Fösser l. c. p. 357; — Sed cf. Richter l. c. § 134, qui mea sententia recte innovationis species et suppressionem sejungit.

2) l. c.

3) c. 3 X de eccl. aedif. 3, 48; cf. Richter l. c. p. 247.

4) Fösser l. c. p. 358.

5) Richter l. c. p. 608.

novationem, qua pars parochianorum alii ecclesiae transfertur, deminutionem, qua onus imponitur vel pars redituum alii beneficio transfertur; itaque dismembrationem definiam levationem officii, deminutionem detrectationem beneficii esse.

Secundus, ut supra diximus, innovandi beneficia modus unio est. Quae quidem saepe ita describitur: esse eam beneficiorum seu ecclesiarum ab episcopo seu alio superiore ob utilitatem seu necessitatem factam annexionem.[1]) Sed a Fössero[2]) satis demonstratum mihi videtur verba „vel ecclesiarum", cum episcopatus, quamvis culmina, tamen sint beneficia et papalis dignitas in ipso corpore juris canonici beneficium vocetur,[3]) esse supervacanea.

Tribus potissimum modis unio potest fieri. Primo unio per aequalitatem ita fit; ut beneficia unita ab uno rectore regantur, at neque alterum alteri subjiciatur, neque in unum coalescant, sed pro se quodque et ab altero maneat separatum; quae unio etiam aeque principaliter facta vocatur, quamque innovationem esse non contendam, cum nihil omnino innovetur.

Secundo per subjectionem, qua alterum beneficium alteri subjicitur, ita, ut alterum sit superius, alterum inferius vel accessorium. Haec unio etiam accessoria seu subjectiva nominatur et saepissime in parochiis invenitur, ubi una ecclesia fit mater, altera filia, et in filia ecclesia vulgo parochus per capellanum curam animarum administrat.

Tertio per confusionem, ubi ex duobus beneficiis unum fit, duo beneficia in unum quasi corpus coalescunt, quam etiam translativam unionem nuncupant.

---

[1]) Ita definit P. Rebuffus in: praxi beneficiorum Venet. 1560 P. I. tit. de unionib. n. 1., quem plurimi doctores secuti sunt, veluti v. Espen l. c. P. II. Tit. 29 p. 629 c. 1 n. 1 et D. Bouix: tractat. de parochis Parisiis 1855 c. VII. § 5 p. 283.

[2]) l. c. § 2 p. 359, 60.

[3]) c. 1 X de maled. 5, 26; cf. etiam c. 5 de poenis in VI^to. 5, 9.

Sectio I.

De notione, discrimine, indole incorporationis.

§ 3.

De vocabulo et notione incorporationis.

Vox incorporationis in diversis literarum disciplinis multiplicem habet potestatem,[1]) et Icti ipsi diverso sensu ea utuntur. In tit. X. lib. X. Justiniani codicis dicitur incorporatio de bonis in aerarium publicum seu in corpus fisci redigendis.[2]) Neque minus usurpant vocem incorporationis juris publici doctores, cum loquantur de conjunctione civitatis partisve ejus cum alia civitate ita facta, ut illa hujus fiat pars et habeat cum ea unam eandemque constitutionem.[3])

Id quod hodie in jure ecclesiastico incorporationem vocamus (lingua theodisca dicitur: Einverleiben, Einleiben,[4]) lingua anglica: appropriation, impropriation[5]) quodque extemplo latius exponetur, prioribus temporibus incorporationem non nuncupabant, neque invenias vocem incorporationis in libris Decretalium Gregorii IX. neque in ceteris canonici juris corporis partibus,[6]) sed utebantur pro incorporatione vocabulis unionis vel subjectionis[7]) vel etiam unionis subjectivae.[8]) Sed jam inde a saeculo XIV. incor-

---

1) Du Cange: Glossar. med. et inf. latinitat. Tom III. Parisiis 1844 p. 802.

2) Itemque in Codice Theodosiano cf. Du Cange l. c.

3) Sicuti aô 1866 Nassovia, Hassia etc. regno Borussico incorporatae sunt. De incorporatione jur. publ. cfs. H. A. Zachariae: Deutsch. Staats- u. Bund.-R. Götting. 1841 Abthl. I. p. 58; H. Zöpfl: Grundsätz. des allgem. und deutsch. Staats-Rs. Heidelb. u. Leipz. 1855. Thl. I. p. 116.

4) Ch. G. Haltaus: Glossar. German. Med. Aevi. Tom. Prior. Lips. 1758 p. 297; — ita etiam olim dicebatur: „ein eingeleibtes Land; ein eingeleibter Praelat.“ cf. Haltaus l. c.

5) F. Walter: Lehrb. d. K.-Rs. 14. Aufl. edid. Gerlach. Bonn 1871. § 171 p. 392.

6) Phillips K.-R. l. c. § 384; J. Helfert: Handb. d. K.-Rs., herausgegb. v. J. A. Helfert. Prag 1849. p. 242 n. a.

7) Walter l. c. (12. Aufl.) § 219. n. ad. III; Phillips l. c.

8) veluti D. Schloër: Diss. de ecclesiar. parochialium saecularitat. earumque unione subjectiva monaster. fact. ap. Schmidt: Thesaur. jur. eccles. tom VI, Heidelberg 1777 (Mog. 1753).

porationis verbum passim legimus[1]) fundaturque in stylo instrumentorum, quae de incorporationibus factis confici solebant.[2]) Fluctuans vero adhuc neque certus hujusce vocis usus invenitur, saepiusque leguntur pro ea verba uniendi concedendi, conferendi, annectendi, applicandi, inviscerandi,[3]) appropriandi,[4]) alia similia,[5]) et veterioris juris canonici doctores verbo incorporandi quasi timide utuntur et alias cum eo voces conjungentes dicunt: unire et incorporare,[6]) applicare et incorporare[7]) etc. SS. Tridentina Synodus etiam verbo incorporandi et incorporationis saepius utitur;[8]) sed plerumque incorporationem ab unione non secernit, neque quare hae differant satis potest dignosci. Praxi magis et doctrina incorporationis natura erudita est. Atqui plerumque haec res parum perspicue tractatur,[9]) itaque factum est, ut incorporationis sexcentas inter se diversas inveniamus definitiones, et quodque fere de jure ecclesiastico opus aliam quandam praebeat. Quare haec res accuratissime debet explorari.

Est enim incorporatio, si in universum eam definimus,

---

1) E. g. in literis incorporationis ecclesiae de Urio monasterio S. Agnetis Treviris sito aô 1299 factae apud Neller: De genuina idea et signis parochialitat. primitivae (Trev. 1752) in Schmidt l. c. c. II. § 22 legitur: „Ecclesiam de Urio . . . . monasterio . . . . conferimus, appropriamus, assignamus, incorporamus;" — teste Du Cange: Concil. Trevir. aô 1310 celebratum dicit: „Item cum cessiones seu collationes ecclesiarum, quas incorporationes vocant." cf. etiam diploma Philippi de Alencio de aô 1389 (5. Oct.) ap. Bluhme: Die Rechtsnachfolge d. freien St. Frankfurt in die Patron. — Re etc. in R. Dove: Ztschrft. für K. R. Jhrg. IV. Tübing. 1864 p. 89.

2) cf. Du Cange l. c.; Neller l. c. § 1 ann; Phillips l. c. p. 335.

3) Haltaus l. c. affert exempla.

4) (J. C. Adelung) Glossar. manuale ad scriptor. med. et inf. lat. Tom. I. Halae 1772 s. v. appropriare.

5) Item in jure public. pro incorporationis voce aliae usurpantur cf. Haltaus l. c.

6) Schmalzgrueber l. c. n. 191; Garcias tractat. de beneficiis Col. Allobr. 1618. l. c. P. XII. c. II. Pirhing jur. canon. method. nov. Dilingiae 1676 l. 3 t. 5 sectio VI. in inscriptione § 4.

7) Pirhing l. c. n. 213.

8) cf. v. g. Sess. XXIII. de ref. c. 18; sess. 25 de ref. c. 9; — Minus recte igitur apud Wetzer u. Welte: Kirchenlexikon od. Encyclop. d. Kath. Theolog. Freiburg i/Br. s. v. Kirchenamt Bd. VI. 1851. contenditur verbum incorporationis Concil. Tridentino esse alienum.

9) Phillips l. c.

collatio beneficii (imprimis parochialis) facta universitati ecclesiasticae vel beneficio, quasi personae fictae,[1]) ita ut beneficium collatum administrari debeat per vicarium.[2])

In qua definitione imprimis, quid et cui incorporari possit, contemplandum est.

Dixi igitur incorporationem esse collationem beneficii imprimis parochialis. Jam in hac re multi juris ecclesiastici doctores non idem proferunt. Sunt enim, qui dicant, parochialium tantum ecclesiarum esse incorporationem.[3]) Sed mihi haec definitio angustior videtur. Concedendum quidem est gravissimas incorporationes esse ecclesiarum parochialium aliasque et simili ratione atque has esse judicandas nihilque fere memoratu dignum praebere et rarissime evenisse saepiusque in aliis beneficiis innovandis unionis formam adhibitam esse, praeterea in explicatione incorporationum historica imprimis parochialia beneficia esse respicienda[4]) et ideo etiam nostram hanc commentationem plerumque fore de incorporationibus parochialium beneficiorum. Attamen in definitione non ommittendum censui etiam alia beneficia posse incorporari, et multorum virorum doctorum definitiones huic meae sententiae favent.[5])

---

[1]) Quod fontes et jur. can. doctores saepenumero per verbum „perpetuo" adjectum exprimunt. cf. Fösser l. c. p. 414 annot. 7.

[2]) cf. Walter l. c. (12. Aufl.) § 219: „Eine Veränderung eines Kirchenamts kann geschehen III) durch Incorporation, wenn ein Amt einer geistl. Corporation od. einem andern Amte einverleibt wird." Et A. Frey: Kritisch. Comment. über das K. R. Fortges. v. J. Scheill: IV. Thl. Abth. II. Kitzingen a/M. 1828 p. 1072: „Einverleibung, incorporatio" findet statt, „wenn eine Pfründe einem Collegium oder geistl. Amt incorporirt wird."

[3]) veluti Eichhorn: Grundsätze des K. Rs. d. kath. u. evang. Relig. partei. Leipz. 1831—33 Bd. II. p. 673; Fösser l. c. secundum Neller l. c. c. II. § 2.

[4]) Phillips l. c.

[5]) cf. A. Müller: Lexikon d. K. Rs. Bd. I. Würzburg 1830 s. v. Beneficium: „Eine weitere Veränderung der Kirchenpfründen machen 6) die Incorporationen;" — Gitzler: Handb. des gem. u. preuss. K. Rs. Bresl. 1841 § 179 p. 513: „Eine innovatio findet statt: 3) per incorporationem durch feste Verbindung der Pfründe oder des Amtes" etc.; cf. etiam Richter l. c. p. 247; Wetzer u. Welte l. c. Bd. V. s. v. Incorporation; Bd. VI. (1851) s. v. Kirchenamt; Herzog: Realencyclopaedie für protest. Theol. u. Kirche Bd. VI. Stuttg. u. Hamb. 1856 s. v. Incorporation; Phillips l. c.: „Es hat häufig eine Uebergabe von beneficia . . . . stattgefunden," quibus verbis

Itemque mihi pergendum esse in definitione arbitratus sum tali modo: incorporationem esse collationem beneficii . . . . factam universitati ecclesiasticae vel beneficio, quasi personae fictae. Etiamsi enim iterum concedi oportet plerasque et gravissimas incorporationes factas esse monasteriis, collegiis, dignitatibus, et alias saepius unionem adhibitam esse, tamen mihi visum est, quod et multis doctis viris,[1]) non in his finibus me continere debere, cum nihil obstet, quominus cuique alii beneficio incorporetur. Neque omittendum est in definitione beneficium collatum administrandum esse per vicarium. Hoc enim, ut infra manifestum erit, incorporationem attingit eam ab unione discernens. Quare etiam hoc omnes fere expresse postulant.[2])

§ 4.

De speciebus incorporationis.

Prioribus temporibus, uti apparet ex diplomatis, inter species incorporationis omnino non distinguebatur.[3]) In corpore juris canonici duae tantummodo species incorporationis, non pleno et pleno jure facta, proferuntur.[4]) Sed jam inde a saeculo XIV a doctrina, imprimis per Joannem Andreae, commentatorem inclytum, nova distinctio inducta[5])

---

incorporationem describit. Brendel: Handb. d. Kath. u. prot. K.-Rs. 2. Aufl. Bamb. 1837: § 135 p. 434, postquam paulo ante de incorporatione beneficiorum locutus est, haecce mihi quidem subobscura verba profert: „Demnach werden beneficien unirt, andere Rechte u. Kirchengüter incorporirt."

[1]) veluti Neller l. c. c. II. § 2: „Est autem incorporatio collatio paroecialis ecclesiae facta alicui monasterio, collegio vel beneficio." Immerito ergo atque leviter Fösser l. c. eum pro sua definitione allegat. — Sunt etiam, qui temere rem tractantes difficultates effugere student veluti Müller l. c.; qui ait: „Die Incorporation geschah häufig mit den Dom- und Collegiatstiften, mit Academien, Klöstern etc.;" Wetzer u. Welte l. c. s. v. Incorporat.: „Die Inc. besteht darin, dass ein beneficium einer geistl. Corporation od. sonst anders wohin einverleibt wird."

[2]) Wetzer u. Welte l. c. Bd. VI. s. v. Kirch. Amt; Eichhorn l. c. Brendel l. c. p. 435; Fösser l. c. p. 364.

[3]) cf. Hinschius: K. R. d. Kath. u. Protest. Bd. II., 1. Berl. 1871 p. 284 n. 4;

[4]) c. 31 X. de praeb. 3, 5; c. 3 § 2 X de privileg. 5, 33, c. 21. X. eod., c. 6, 32 de praeb. in VIto. 3, 4; Phillips l. c. § 385 i. f.

[5]) cf. Prosp. Fagnani: Jus canon. Col. All. 1759 l. 5 de privileg. c. 3 § in eccl. n. 6.

et pleno jure incorporatio in duas quasi partes distributa, itaque triplex distinctio constituta est. Postea nonnulli scriptores[1]) Panormitanum[2]) sequentes describebant quinque incorporandi modos. Primus erat incorporatio quoad jus patronatus, secundus quoad institutionem tituli collativam, tertius quoad institutionem canonicam, quartus quoad temporalia, quintus quoad temporalia et spiritualia.[3]) Sed haud immerito, his temporibus haecce divisio est rejecta, cum, quod infra[4]) demonstrabitur, prima species non sit incorporatio, secunda et tertia, quamvis saepe in incorporatione contineantur „non sufficiant cum temporalia non simul concedantur“,[5]) quarta vero et quinta hodie quoque inter incorporationis species enumerentur. Quare fit, ut apud omnes fere recentiores juris canonici doctores illa triplex tantum, etsi verbis minus consentiunt, divisio inveniatur, quae etiam in Concilio Tridentino et verbis instrumentorum incorporationis fundata est.[6]) Prima species est incorporatio quoad temporalia vel minus pleno jure vel non pleno jure,[7]) interdum etiam minima[8]) vocata vel simplex,[9]) i. e. ea incorporatio, qua beneficium quoad reditus solummodo et fructus annectitur. Secunda est incorporatio quoad temporalia et spiritualia, quam etiam nominant pleno vel utroque jure factam, qua beneficium, non quoad reditus modo, sed etiam quoad munus ecclesiasticum i. e. spiritualia confertur. Tertia est plenissima incorporatio seu, uti ajunt, jure plenissimo facta, seu etiam summa[10]) nominata, quae ita fit, ut etiam populus ab episcopo dioecesano sit exemtus, quae quidem species in fontibus etiam pleno vel

---

1) cf. v. Espen: dissert. de pristin. altar. incorpor. c. II. § 1.
2) Neller l. c. § 5: Panormitanus in c. 12 de praebend.
3) cf. Fösser l. c. p. 364.
4) cf. § 11.
5) cf. Fösser l. c.
6) Neller l. c. § 5 ann. 2.
7) cf. c. 31 X de praeb. et dign. 3, 5; c. 3 § 2 X de privil. 5, 33.
8) Schloër l. c. c. II. § 2, IV.
9) Neller l. c. § 6 ann.
10) Schloër l. c. § 3.

utroque jure facta subjectio nuncupatur et ab secunda specie non sejungitur nomine.

A multis[1]) hae duae, quas postremo memoravi, species in unam conjunguntur, in incorporationem quoad spiritualia et temporalia, et haec species in se rursus duas quasi species complectitur, quod, dummodo singularum effectus bene distinguantur, fere idem valet. Quamquam haec divisio, saltem in pleno et non pleno jure factam incorporationem, in doctrina jam diu explicari coepta legibusque est firmata,[2]) tamen in usu vitae hae diversae incorporationis species non tam distincte persaepe a se solent separari.[3]) Quare literae incorporationum earumque intentiones diligentissime sunt perscrutandae, cum saepissime eadem verba diversis in literis diversam habeant sententiam.[4]) Attamen quisque casus mea quidem sententia pro se est judicandus, neque in universum regulae dari, neque omnes, quibus conficiuntur literae incorporationum, modi possunt proferri.[5]) In horum instrumentorum interpretatione saepius erit confugiendum ad praesumtiones. Praesumitur vero in dubio illa incorporationis species, quae omnium minime beneficio incorporato est onerosa et episcopali auctoritati minime detrahit.[6]) Unde efficitur, ut in dubio semper praesumatur incorporationem quoad temporalia tantum esse factam,[7]) incorporationem jure plenissimo factam nunquam praesumatur, sed probari debeat.[8])

---

[1]) cf. Schmalzgrueber l. c. l. 3. T. 5 n. 191; Pirhing l. c. l. 3. T. 5. sect. VI, n. 125.

[2]) c. 31 X. de praeb. et dign. 3, 5.

[3]) Cui sententiae etiam suffragatur Neller: de jurib. paroch. primitivi ap. Schmidt: Thes. l. c. p. 466 sqq. in prodromo.

[4]) cf. animadversionem editoris Schmidt ad Neller: de genuin. id. etc. II § 8.

[5]) Neller: de genui. id. et Schloër l. c. multas afferunt regulas. Sed quandoquidem illi casuum varietati nullo modo potest satisfieri, hoc a me sit alienum.

[6]) Neller l. c. § 6; Schmalzgrueber l. c. n. 192; Fösser l. c. p. 364.

[7]) Neller l. c. ann.; Schloër l. c. § 4.

[8]) Schmalzgrüber l. c. n. 193 Neller l. c.; Schloër l. c. § 3 i. f.

§ 5.

De ratione et necessitudine incorporationis et unionis.

Uti jam supra memoravimus, in fontibus et a veterioribus juris canonici doctoribus incorporatio et unio non sejungebantur. Qua ex re etiam sequi videtur, ut a recentioribus quoque scriptoribus incorporatio saepenumero cum diversis unionis speciebus confundatur.[1] Nonnulli quidem recentiores doctores, intelligentes incorporationem in multis ab omnibus differre unionis speciebus, propriam eam innovationis speciem tractaverunt et omnino ab unione separaverunt.[2] Quare jam multum ad vim incorporationis explanandam eos contulisse opinor. Maxime vero distincte et perspicue, quomodo incorporatio se habeat ad unionem, expressisse mihi videtur vir doctissimus Rosshirt,[3] qui dicit: „Die Union wird eingetheilt in die eigentliche Union und die Incorporation“ et tali modo quasi unionem in genere et unionem in specie distinguit. Quum enim, quod statim ostendatur, infitias iri non possit ab omnibus unionis speciebus incorporationem differre, tamen etiam (quis est, quin cernat!) multa incorporationi cum iis sunt communia.[4] Quare mihi illa Rosshirtii sententia maxime videtur accipienda incorporationem esse quidem unionem sed ab omnibus aliis hujus speciebus valde diversam.[5] Quaerentes igitur, quae sit differentia inter unionem in specie, ut ita dicam,[6] et incorporationem, primum memorandum reperiemus, si beneficium quoad temporalia tantum confertur, spiritualia pro se manere, et nihil ferme juris circa spiritualia ipsa ex ea

---

1) Walter l. c. (12 Aufl.) § 219 anm. ait: „In den Quellen wird dies Verhältniss (sc. incorporatio) nicht Incorporation, sondern auch Union genannt, daher wird Beides oft verwechselt.“

2) Frey: Commentar l. c.; Gitzler l. c.; Richter l. c. § 134; Walter l. c.; alii;

3) C. F. Rosshirt: Canonisch. Recht. Schaffhaus. 1857 p. 477.

4) Quod quidem Richter hisce exprimit verbis (l. c.): „Der Union sehr nahe kommt 2) die Incorporation.“

5) Frey Comment. l. c.: „Mit der Union verwandt, aber auch verschieden etc.“ Phillips K. R. l. c. § 383 p. 324; Lehrb. 2 Aufl. 1871 p. 141; Fösser l. c. p. 365.

6) Equidem sub verbo unionis semper intelligi volo unionem in specie.

incorporatione deduci posse, et, quamvis beneficium quoad spiritualia et temporalia incorporatum sit, tamen vicarium ad beneficium incorporatum administrandum debere institui. In unione vero spiritualia et temporalia semper in una persona conjunguntur et regulariter ab ea simul administrantur neque separari possunt.[1]) Fieri quidem etiam in unione potest, ut beneficium unitum administretur per vicarium, uti supra (§ 2) in unione facta per subjectionem describenda notatum est. Sed in unione fieri tantum potest, in incorporatione vero debet semper fieri,[2]) etiamsi beneficium collatum est quoad temporalia et spiritualia, cum, ut in definitione adjecimus, quodque approbat Neller[3]) corporatio vel beneficium cui incorporatur, tanquam persona sit ficta, ita ut, ipsa, quamvis quoad spiritualia ei conferatur beneficium, ea non possit administrare, sed in ejus locum vicarius succedere debeat, itaque in hoc casu vicarius beneficii ipsius obtineat locum, cum in unione, si instituatur, beneficiarii vice fungatur.

Quumque persona ficta sit, cui beneficium confertur, quae nunquam mori potest, in incorporatione, beneficium incorporatum, quamdiu illa ficta persona exsistit, nunquam potest vacare, quamquam vicaria vicarii morte, resignatione vel, si alio modo vicaria sit privatus, vacare dicenda est. Neve credas beneficium minus plene incorporatum vacare posse. Nam beneficium ipsum incorporatum esse debet quoad temporalia, nec sufficit bona tantum alicujus beneficii partemve eorum collata esse corporationi vel beneficio, quod magis deminutio esset dicenda.[4])

---

[1]) Pirhing l. c. n. 216; Schmalzgrueber l. c. n. 192; Leurenius: forum beneficiale Col. 1706 P. III. q. 878 n. 2; Brendel l. c.; Walter (9. Aufl.) 1842 § 219 p. 461 anm. m. Phillips Lehrb. (1871) p. 143; Fösser l. c. p. 365.

[2]) Quibus rebus effici potest, ut in singulis casibus difficile sit dijudicare, quid unio, et quid sit incorporatio.

[3]) l. c. c. II § 3.

[4]) Nic. Garcias l. c. P. XII c. 2 n. 4; Neller de gen. idea c. 1. § 15; etiam de jur. par. prim. c. II § 12 n. 2; Aug. Barbosa collectanea doctor. in jus pontificium Lugduni 1688 l. 3 T. 5 n. 5; Brendel l. c.; Wetzer u. Welte l. c. Bd. VI s. v. Kirchenamt; Walter l. c. 12. Aufl. § 219. Anm. Fösser l. c. p. 366. — Concedendum est saepius, si temporalia beneficii

Si beneficium est collatum clerico, qui alterum jam habet beneficium, ita ut duo habeat beneficia, sed non beneficio ipsi non tam incorporatio est, quam conjunctio duorum beneficiorum in una persona, quam unio, et beneficia sic unita simul vacant, si is, qui ea tenet, moritur, resignat etc.

Sectio II.

De iis, quae in incorporationibus requiruntur.

§ 6.

De fundamento et origine incorporationis.

Sicuti in omnibus beneficiorum innovationibus,[1]) et imprimis in unionibus,[2]) ita etiam in incorporationibus semper evidens ecclesiae utilitas et necessitas requiruntur. Quae causae etiam primarum, quod notum est, incorporationum materiam afferebant. Hae primae incorporationes imprimis in regno Francorum ecclesiarum parochialium, quae monasteriis conferebantur, fuerunt. Jam enim sub regibus Francorum e gente Merovaei ecclesiae bona a laicorum manibus imminuta sunt, quamvis raro tantum factum sit.[3]) Sub Carolo Martello invasum esse in ecclesiae possessiones non constat,[4])

---

monasterio etc. fuerint collata, postea a superioribus ecclesiasticis incorporatum esse beneficium. Exemplum affert vir edoctissimus J. Heyne: Documentirte Geschichte des Bisthums und Hochstiftes Breslau, Bd I. Bresl. 1860 p. 917, ubi refert aô 1329 ducem Silesiacum Boleslaum monasterio Lubensi jus patronatus in ecclesia parochiali Röchlitz concessisse itemque ejus parochiae temporalia et jam eodem aô episcopum Vratislaviensem Nankerum hanc ecclesiam illi monasterio incorporasse. Aliud exemplum cf. Heyne l. c. Bd. II (Bresl. 1864) p. 680. de incorporatione parochiae Rosenberg.

[1]) cf. § 2.

[2]) Seitz l. c.

[3]) cf. Stainhauser de feudis ecclesiastic. (1756) in Schmidt Thesaur. Tom V Heidelberg. 1776 § 8—12. Roth: Beneficialwesen p. 315—324; Roth: Feudalität u. Unterthan-Verband. p. 76.

[4]) Roth: Beneficialwes. p. 329 sqq.

sed demum, uti literarum monumenta demonstrant, sub ejus filiis.[1]) Praecipue exeunte saeculo octavo[2]) laici et maxime reges in ecclesiae possessionem manus porrexerunt. Erat enim illis temporibus Francorum regni conditio tristissima; continuis bellis terrae erant devastatae ita, ut angusta tantum tributa et vectigalia pensitarentur, et aerarium fisci esset exhaustum. Quare necessitate pro temporum tristitia urgente reges, ut fisci opes augerent, ad bonorum ecclesiasticorum saecularisationem, quam vocant, confugere, et nobilibus et principibus, qui, ut ait van Espen,[3]) ad repellendos hostes et exercitus praecipue paganorum et infidelium, a quibus undique Gallia impugnabatur, opes suas exhauserant, solatii et mercedis colore ecclesiarum parochialium reditus et bona in proprietatem vel in feudum concedebant, et etiam ipsi nobiles ecclesias earumve decimas sibi vindicaverunt.[4]) Quamquam jam his saecularisationibus gravissime atque vehementissime res omnes erant perturbatae,[5]) tamen bonorum ecclesiasticorum imminutionibus nondum finis positus est. Sed, postquam deinde hae violentiae breve tempus sub Carolo Magno quieverunt, et sub Ludovico Pio ejusque filiis jam nonnullae decimae restitutae sunt,[6]) ruente Caroli Magni regno et post exstinctam ejus subolem malum resurrexit,[7]) iterumque laici ecclesias et decimas occupabant.[8]) Quas ecclesias, sive ipsas sive earum acceperant

---

[1]) Roth: Feudalität p. 71 sqq.; Benefic. Wes. p. 341; Multi putant hoc sub Carolo Martello factum esse cf. v. Espen P. II T. 33. c. 5. n. 10 et Montesquieu et Plank ejusdem sunt opinionis teste Roth. Sed Roth in opere „Beneficialwes." demonstravit summam vim intulisse bonis ecclesiasticis filios Caroli Martelli; cui adstipulamur.

[2]) v. Espen l. c. n. 11 ait: „Nec hic morbus mortuo Carolo Martello cessavit sed sub pluribus regibus perduravit." cf. etiam Chladenius: dissert. de feudo altaragii ap. Jenichen Thesaur. jur. feudalis Tom. I. Francofurt. a/M. 1750 p. 1023 § 20.

[3]) l. c. P. II. T. 33 c. 5 n. 10.

[4]) v. Espen l. c. T. 34 c. 1 n. 1; — G. Waitz Deutsch. Verfassungsgesch. 2. Aufl. Kiel 1865—70. Bd. II. p. 252. Walter l. c. (12. Aufl.) § 234.

[5]) Quod quidem Roth: Feudalität p. 72. disertis verbis eximie describit.

[6]) v. Espen l. c. T. 33 c. 5 n. 15.

[7]) Idem l. c., Schloër l. c. c. II. § 4 p. 518; Phillips K. R. l. c. § 384.

[8]) cf. Thomassin vet. et nov. eccl. discipl. P. II. L. I. c. 36, VI.: „Quam inquit, eodem admodum tempore ad Molismensem abbatem dedit

decimas, mox proprias sibi esse laici opinabantur easque ex libidine tractabant.[1]) Quare eas jure hereditario ad heredes transmittebant, a quibus ecclesiae in tot, quot erant heredes, partes dividebantur, singulaeque a singulis presbyteris deserviebantur,[2]) nec non eas sicuti alias res temporales vendebant,[3]) quin etiam filiabus dotis causa tradebant.[4]) Itemque in presbyteris nominandis summam habebant auctoritatem, eosque, qui ipsorum praecipuo favore fruebantur, instituebant sine ecclesiastica auctoritate et sicuti domini vel domini feudi presbyteros instituendos munere ecclesiastico dotabant et investiebant atque eos pro vassis habebant sibique maximam redituum ecclesiasticorum partem vindicabant parva presbyteris relicta[5]) neque minus

---

Joannes Cardinalis epistolam, ea addocemur ruente Caroli Magni stirpe non sine gravissima regni et ecclesiae perturbatione et pernicie laicos fere nobiles in parochiales ecclesias impetum fecisse et eas usurpasse aliquamdiu."

[1]) P. Hinschius: das landesherrl. Patronat-R. gegenüber der kathol. Kirch. Berl. 1856. 4. Absch. II., annot. 3, qui citat Sugenheim: das Staatsleben des Clerus Berl. 1839 Bd. I. p. 93 sqq.; cf. nunc de tota hac re etiam Phillips K. R. Bd. VII., II. Regensb. 1872 p. 632 sqq.

[2]) cf. v. Espen P. II. T. 34 c. 1. n. 1; J. H. Böhmer: Jus eccles. protest. L. III., T. 38 § 34, qui ex Petro de Marca in not. ad. conc. Claromont. c. 7. refert: „Tunc ecclesiae eo jure possessae sunt, quo cetera beneficia et feuda adeo, ut tandem in heredes quoque transierint et expositae sint hominum commercio." cf. Capitular. Wormatiense de aô 829 addit. III. c. 51 (ap. G. M. Weber Handb. des Lehn. Rs. Leipz. 1808 p. 127 n. a.): „Perlatum ad nos est, quod inter heredes ecclesiae in rebus propriis constitutae dividantur et tanta per eandem divisionem simultas oriatur, ut unius altaris quatuor partes fiant et singulae partes singulos habeant presbyteros."

[3]) van Espen l. c., qui allegat s. Agobardi archiepiscopi Lugdinensis vocem: „Nunc non solum possessiones ecclesiasticae, sed ipsae etiam ecclesiae cum possessionibus venundantur." cf. J. H. Böhmer l. c. Weber l. c.

[4]) Chladenius l. c. p. 1024, 25.

[5]) Walter l. c. § 234; Phillips K. R. Bd. VII., I. l. c. cf. de hac re universa Böhmer l. c. § 35—40; et Thomassin l. c. P. II. l. 3 c. 21 n. 6 et c. 16 n. 10, ubi: „Observatum, inquit, est a Jona Aurelianensi episcopo, quod et a nobis supra insinuatum est, laicos proceres auctoritate propria invasisse parochiales ecclesias complures cum decimis et oblationibus, quas deinde pro libitu suo nunc in Laicos, nunc in Clericos tanquam beneficia quaedam sua effunderent. Sunt plerique potentes, qui obliti ordinis et ministerii sui basilicas possidentes rebus tenues, fidelium vero largissimis decimis abundantes contra fas suis aut Clericis aut Laicis beneficiario munere conferunt, ut de hujusmodi oblationibus et decimis sibi serviant . . . . . . Addit (Jonas) porro usque adeo aberrasse a veritatis luce suisque cupiditatibus excaecatos fuisse hos rerum sacrarum compilatores, ut eas jure a se possideri contenderent." cf. van Espen l. c. P. II. T. 34 c. 1 n. 1.

clericos suo arbitratu dimittebant.[1]) De qua violentia jam Carolus Magnus aô 800 indignationem comitibus indicavit,[2]) et Ludovicus Pius hanc pestem paulum exterminavit.[3]) Item episcopi tum adhortationibus, tum editis decretis laicos ad ecclesiarum restitutionem ac dimissionem urgere haud destiterunt,[4]) et etiam concilia hos abusus rejecerunt et respuerunt,[5]) itemque inter papas has insolentias imprimis execrabantur Victor II., Gregorius VII., Leo IX.[6]) Nec non erant laici, qui hisce rebus commoti territique per excommunicationes restituerunt; primo quidem pauci, postea plures.[7])

---

[1]) cf. J. H. Böhmer l. c. § 33, qui citat ex M. Ant. Dominico haec verba: „Inde milites his beneficiis honorati instituendi presbyterum in his ecclesiis, quarum bona possidebant, auctoritatem sibi arrogarunt“ et can. 42 Conc. Cabilonensis II. aô 813 habiti, qui: „inventum, ait, est quod multi arbitrii sui temeritate et, quod gravius est, ducti cupiditate presbyteris quibus libet absque consensu episcoporum ecclesias dant vel auferunt. Unde oportet, ut canonica regula servata nullus absque consensu episcopi cui libet presbytero ecclesiam det.“ cf. etiam J. P. Gregel: Das landesherrl. Patron. R. Würzb. u. Bamb. 1805 ann. c. p. 60.

[2]) cf. Edict. Caroli M. ad comites de aô 800 (ap. Böhmer et Walter ll. cc.): „Resonuit in auribus nostris quorundam non modica praesumtio, quod non ita obtemperetis Pontificibus nostris seu sacerdotibus, quemadmodum canonum et legum continet auctoritas, ita ut presbyteros, nescio qua temeritate, praesentare episcopis denegetis, insuper et aliorum clericos usurpare non pertimescatis et absque consensu episcopi in vestras ecclesias mittere audeatis; nec non in vestris ministeriis pontifices nostros talem potestatem habere non permittatis, qualem rectitudo ecclesiastica docet, insuper nonas et decimas vel census improba cupididate de ecclesiis . . . . abstrahere nitimini etc.“ cf. etiam c. 59 C. 16 q. 1.

[3]) Thomassin l. c.; v. Espen P. II. T. 33 c. 5 n. 15.

[4]) v. Espen l. c. n. 13.

[5]) cf. c. 12 X de poen. 5, 37; c. 29 c. 16 q. 7; c. 37. 38 ibid. cf. Chladenius l. c. p. 1023 sq., qui renunciat hunc abusum vetitum esse a Conc. Illebonnensi 1080; cf. Weber l. c. p. 128 et 130 n. c.); Walter l. c. qui hunc conc. Salegunstad. (1022) c. 13 profert.: „Nullus laicus, alicui presbytero commendet ecclesiam praeter consensum episcopi“ et Conc. Biturig. (1031) c. 21 et 22 (cf. etiam Phillips K.-R. VII., II. p. 649); C. J. Hefele Conciliengeschichte Freiburg i/Br. Bd. V. 1863 p. 105 in synodo Pictaviens. 1078 constitutum esse dicit: „Kein Bischof, Abt, Priester od. Cleriker darf aus der Hand des Königs od. sonst eines Laien ein Bisthum oder irgend etwas Kirchliches empfangen; . . . . der Kleriker muss es vom Bischof bekommen; Waitz. l. c. p. 252 memorat Conc. Avern. c. 5; Conc. Paris. III. c. 1; cf. Phillips l. c. p. 650.

[6]) Van Espen l. c. P. II. T. 33 c. 5 n. 16; Schloër l. c., etiam Paschalem II. et Calixtum II. istud malum damnasse refert Phillips l. c. VII., II. (1872) p. 650.

[7]) exempla vide ap. Weber l. c. p. 130 n. d.); cf. Schloër l. c. Thomassin l. c. P. II. l. I. c. 36, VI.; v. Espen l. c. n. 14; Phillips Bd. VII., I. l. c.

Et, ne, si laici tenebant ecclesias, viderentur functiones sacerdotales pendere a laicis, inducta est, ut ait van Espen,[1]) nova quaedam distinctio inter ecclesiam et altare, quorum illud significabat aedificium cum reditibus, hoc altare cum functionibus ecclesiasticis.[2]) Quorum altaria, ut restituerent, facilius laicos, etiamsi ecclesias retinebant, motos esse non est mirum.[3]) Si vero etiam ecclesias restituerunt laici, maluerunt has tradere monasteriis aut regularium collegiis, quam iis, quibus debuissent, clericis saecularibus.[4]) Ad quod faciendum moti sunt, per illorum regularium tunc florentissimam disciplinam, qua, quamquam etiam in claustris multa erant improbanda, tamen saecularem clerum multo superabant.[5]) Accedebant deinde monasteriorum, quod non potest refelli, summa de humanitate, literis omniumque honestarum artium nec non agrorum cultu merita.[6]) Quare et summae regularium claustorum utilitatis ratione et pietate moti aviditate quadam illis temporibus laici fundandi ac dotandi monasteria atque canonicorum collegia capti sunt.[7]) Nec non monachi instanter precabantur, ut sibi bona conferrentur decimaeque ecclesiarum, aeterna pro iis praemia promittentes.[8]) Quae cum ita essent, mirum quot

---

[1]) l. c. T. 34 c. 1 n. 2.

[2]) cf. Hefele l. c. Bd. IV. § 540 p. 692; Hinschius l. c. 4 Absch. II. ann. 3; Quam distinctionem v. Espen l. c. n. 3 scribit a S. Abbone Floriacensi Abbate ut gravissimum errorem damnatam esse. Phillips l. c. merito hanc definitionem nominat: „eine etwas sophistische".

[3]) Phillips l. c.

[4]) Thomassin l. c. P. I. L. III. c. 22; P. III. L. II. c. 20; v. Espen l. c. n. 15. Böhmer l. c. l. 3 T. 37 § 73; Schloër l. c.: „Alii sacrilegii illi depraedatores partim consensu episcopi, partim ejusdem dissensu Christi patrimonio monasteria locupletarunt"; — Wetzer u. Welte l. c. s. v. Pfarrer (Bd. VIII.); Phillips l. c.

[5]) Phillips l. c.

[6]) Nemo homo est, qui neget, ut universam ecclesiam (quam Roth loco p. 17 n. 5 cit. nominat: „Die einzige Vertreterin aller geistigen Interessen"). ita praesertim monasteria per totum medium aevum literas atque artes sola fere coluisse. cf. Schulte: System d. allg. Kath. K.-Rs. Giess. 1856 p. 278.

[7]) v. Espen l. c. n. 17.

[8]) Idem l. c.: „Accedebant, inquit, instantes et importunae preces et sollicitationes monachorum, qui et hoc fundationis dotationisque opus in caelum usque tollere atque ad demerendum deum peccatorumque remissionem impetrandam plurimum valere persuadere omnino studebant. Quin et

ecclesiae illis temporibus collegiis modo nominatis collatae sunt,[1]) praesertim, ut ait v. Espen, per testamentum, cum iis amplius uti ipsi non possent. Quamquam hoc quidem modo bona ecclesiastica non ad eos, ad quos de jure debuissent, redicbant, tamen ecclesia,[2]) omnibus modis amissa recuperare studens, cum tali modo ecclesiae saltem restitueretur, quamvis initio multi episcopi hoc impedire conati sint, connivebat.

Sed ne credas hisce solis conditionibus factas esse incorporationes; quin imo posterioribus temporibus et pontifices Romani[3]) et episcopi[4]) omnino sua sponte incorporabant, ipsosque beneficiarios, sua beneficia monasteriis incorporarentur, optasse constat.[5]) Huc accedit, quod, uti puto, saepe etiam et divitiis et artibus liberalibus pollentia, magno-

---

suffragia suarum congregationum fundatorum atque benefactorum animabus e poenis purgatorii liberandis mirum in modum efficacia esse astruebant et persuadebant."

[1]) cf. Richter l. c. (6. Aufl.) § 311 p. 962.

[2]) Phillips l. c., Fösser l. c. p. 373; Schloër p. 518: „In tam perturbata causa obstinatae Laicorum voluntati multum tribuendum censuere episcopi ac necessitate tandem acquievere, ut monachis potius cederent res ecclesiae, quam diutius a Laicis profanarentur."

[3]) v. Espen l. c. P. II. T. 33 c. 5 n. 7, 8; Exemplum antiquissimum talis incorporationis profert secundum Ph. Jaffé: Regesta pontificum Romanorum Berolini. 1851 p. 378 n. 3276. Phillips l. c. jam sub Leone IX. factum, qui eremo, quae dicitur Ocri in Saxena territorio ecclesiam S. Mariae Vignolae sitam contulit.

[4]) cf. Hinschius K.-R. l. c. p. 283 et exemplum, quod n. 6 de aô 874 citat; Phillips K.-R. Bd. VII., II. p. 658, 672 cf. exemplum in hac Silesiaca provincia inter annos 1127—1140 factum ap. Heyne l. c. Bd. I. p. 162. Alia incorporationum exempla invenies hisce in operibus: Heyne l. c. et ejusd. Bd. II. Bresl. 1864; Bd. III. ibid. 1868; Schilter (D. Joh.): Elsässische u. Strassburgische Chronicke von Jakob v. Königshoven von Anfang der Welt bis 1386 edid. Schilter. Strassb. 1698; Historia Trevirensis diplom. et pract. J. N. ab Hontheim Aug. Vind. et Herbip. 1750; Dürr: de parocho a perceptione decimar. noval. in Germ. excluso Mog. 1764; Neller et Schloër ll. cc.; Binterim u. Mooren: die Erzdiöcese v. Köln 4 Bde. Mainz 1828 sqq.; Urk. Buch zur Land- u. Rechtsgeschichte des Herzogth. Westphal. v. J. S. Seibertz Arnsb. 1839—54; Urk. Buch f. d. Gesch. d. Niederrheins etc. v. T. J. Lacomblet Düsseld. 1847. cet.

[5]) Ita, ut profert Heyne l. c. Bd. I. p. 158 in ann. „vir Henricus Roraw (1446—58) canonicus et custos alme ecclesie wratislaviensis ac rector parochialis ecclesie beate Marie magdalene Wratislavie proposuit coram episcopo et capitulo Wratislaviensi suam ecclesiam monasterio b. Mariae virginis in Arena annectere, unire, incorporare." (Quae quidem propositio non est accepta).

que regularium numero referta, ne regulares tempus consumerent otiosum, claustra curam animarum vel alia munera ecclesiastica acquirere studebant,[1]) vel etiam ipsa in suis agris ecclesias fundabant[2]) seu a piis laicis cum agris capellas, quas ibi fundaverant laici, accipiebant, quas consensu episcoporum regebant, cumque hae saepissime in parochiales ecclesias transmutarentur, parochialibus quoque beneficiis fungebantur.[3])

Omnibus vero in incorporationibus ecclesia voluit tantum utilitatem et necessitatem respici,[4]) sive haec innovatio effecta est monasterii vel alius ecclesiastici instituti paupertate, ne prorsus hoc interiret,[5]) sive tenuitate praebendarum canonicalium et dignitatum[6]) vel alius beneficii eccle-

---

[1]) cf. Rosshirt l. c. p. 477.

[2]) cf. Lacomblet l. c. 1, 10. 14, quem citat Hinschius K.-R. l. c. p. 283.

[3]) Neller de gen. id. c. 1 § 5; Wetzer u. Welte s. v. Pfarrer (Bd. 8). Richter l. c. (6. Aufl.) § 141 p. 376; Phillips: Lehrb. (1871) p. 339; Hinschius l. c. p. 283.

[4]) Etiamsi infitias ire non possumus multos incorporationum abusus factos esse (de quibus postea etiam latius disseremus) tamen hoc ecclesia fieri nullo modo voluit, sed, quantum potuit, prohibere annixa est, quod inter multa alia verba Conc. Trevir. aô 1310 habiti demonstrant (cf. Du Cange l. c.): „Nos itaque statuimus, ut incorporationes ecclesiarum non fiant in ecclesiis et monasteriis, nisi subest causa notoria et legitima, de qua constet . . . . Si qui aliquid contra fecerint, illud decernimus irritum et inane.“ cf. etiam Schloër l. c. c. II. § 11. Neque possunt in ecclesiam cadere illa vehementia verba Böhmeri (cf. L. 3 T. 5 p. 440 § 203) dicentis sub inscriptione: „Aliae unionis ex causis frivolis“: „Longum est ire per singula unionum exempla earumque iniquitatem ostendere. Nec illas tango, ... quae meram superstitionem spirant, non habita ratione ecclesiae seu coetus ecclesiastici, cujus salus ante omnia fuisset ponderanda. Quot parochiae sunt unitae monasteriis solummodo ex superstitiosa monachorum veneratione, ut hi, qui numerum tantum faciunt, eo melius se pascere possent?“

[5]) Schmalzgrüber l. c. T. 5 l. 3 n. 166; Gonzalez Tellez l. c. l. 3. T. 5. c. 10: Neller l. c. c. I. § 3 ann.

[6]) c. 33 X. de praeb. et dign. 3, 5; Pirhing l. c. l. 3 T. 5 s. 6 n. 209; Fagnani l. c. l. 3. T. 5 c. exposuisti n. I. et. n. 5 ubi: „si, inquit, evidens necessitas vel utilitas duae causae, propter quas ecclesias parochiales licet uniri praebendae. Ergo tenuitas praebendarum, propter quam nemo acceptare vult canonicatus, et ita ecclesia debito servitio destituitur. Altera est propter utilitatem, quia licet reperiantur, non tamen sunt idonei et convenientes dignitati ecclesiae cathedralis, puta, quia sunt simplices et idiotae et meliores non inveniuntur. Ex hoc enim damnificantur ecclesiae cathedrales, cum non sint personae idoneae, quae tantae paupertati velint se alligare et indecens etiam sit, ut cogantur mendicare.“ cf. etiam n. 40 ibid. et Conc. Trid. Sess. 23 de ref. c. 18.

siastici, sive, ut beneficium incorporatum commodius posset administrari, veluti parochiae per regulares, si clerici saeculares deficiebant.[1])

§ 7.

De his, quae praeterea requiruntur.

Quum in incorporationibus eadem fere, quae in ceteris innovationibus et praesertim, quae in unionibus, requirantur, neque facile possint haec ab illis sejungi[2]) longumque sit per haec omnia singula ire neque nobis propositum, sufficit haec breviter tantum attingere, eaque quae in incorporationibus reperiuntur insignia, latius paulo exponere. Postulatur primum auctoritas ecclesiastica, quae quidem in incorporandis parochialibus beneficiis ante Concilium Tridentinum plerumque erat episcopalis hodie semper fere papalis erit.[3])

Ceteroquin suae dioeceseos beneficia ex causis legitimis episcopus cum capituli consensu potest unire itaque his conditionibus incorporare.[4]) Hujusce vero regulae multae sunt exceptiones: veluti beneficium regni unius cum alterius bebeneficio[5]) vel beneficium unius cum alterius dioeceseos neficio[6]) vel beneficium liberum cum beneficio juris patronatus[7]) conjungi eique incorporari non potest. Item etiam episcopo beneficia a sua jurisdictione exemta,[8]) sicuti mensae suae[9]) vel ipsi capitulo ecclesiam incorporare non conceditur.[10])

---

[1]) Schloër l. c. c. I. § 10.

[2]) Fösser l. c. p. 378 § 5 i. f.

[3]) cf. § 18 huj. comm.

[4]) c. 9 X. de his, quae fiunt a prael. 3, 10; cl. 2 de reb. eccl. non alien. 3, 4. Conc. Trid. Sess. 24 c. 15 de ref.; Gonz. Tellez. l. c. l. 5 T. 31, c. 8; Garcias P. XII. c. II. n. 77, 78; Thomassin l. c. II., l. I. c. 36 VI.; Pirhing l. 3 T. 5 s. 6 p. 202; Seitz l. c. p. 43; Bouix l. c. c. VII. § 1; Richter l. c. (1842) § 122 Anm. 7. n. 4; Fösser l. c. p. 390; Hinschius: K. R. l. c. p. 153, prioribus temporibus praecipue saeculo XII. et XIII. etiam archidiaconi consensum necessarium fuisse Hinschius l. c. p. 197 testatur.

[5]) Schmalzgrüber l. 3 T. 5 n. 167; Fösser l. c. p. 379.

[6]) Conc. Trid. Sess. 14 de ref. c. 9; Garcias l. c. n. 86; Richter l. c. § 134; Seitz l. c.; Fösser l. c.

[7]) Conc. Trid. S. 25 de ref. c. 9; Pirhing l. c. n. 213; Schulte, Lehrb. d. K. Rs. 1868. p. 220; Fösser l. c. p. 380.

[8]) Fösser l. c. p. 384.

[9]) cl. 2 cit.; Gonz. Tellez. l. c.; Fösser l. c.

[10]) cf. etiam de hac re univers. P. J. De Riegger: Institut. jurispr. eccles. P. III. (Vindebon. 1770) § 290 sqq.; Fösser § 6, 7.

Olim incorporationes etiam sine auctoritate ecclesiastica factas esse negandum non est,[1]) apparentque tales potentium de rebus ecclesiasticis dispositiones et e multis conciliorum canonibus, qui hunc abusum student exstinguere[2]) et demonstrantur multorum instrumentorum verbis.[3]) Quamquam ecclesia istum abusum probare nullo modo potuit eumque etiam saepissime vetuit,[4]) illaeque dispositiones, si accurate consideremus rem, omnino forent inanes atque irritae et nullo modo incorporationes dicendae, tamen temporibus saepe ec-

---

[1]) cf. Schloër l. c. c. II. § 4: „Alii sacrilegii illi depraedatores partim consensu episcopi, partim ejusdem dissensu monasteria Christi patrimonio locupletarunt."

[2]) c. 11. X. de jure patron. 3, 38; c. 17 X. ibid; c. 3 X. de privileg. 5, 33. cf. Hefele l. c. Bd. 5 p. 105 c. 1. Syn. Pictaviens. (aô 1078): „Kein Bischof, Abt oder Cleriker darf aus der Hand des Königs od. sonst eines Laien ein Bisthum, Kirche . . . empfangen." c. 6 ejusd. Syn.: „Die Aebte, Mönche und Canoniker sollen keine Kirche kaufen oder sonst erwerben ohne Zustimmung des Bischofs." et Phillips K. R. VII., I. § 384 i. f., qui profert Conc. Melfitani decretum (aô 1089): „Kein Laie dürfe Zehnten, Kirchen od. eine Kirchensache ohne Genehmigung seines Bischofs oder des Papstes an Klöster oder Capitel überlassen." Idem praescripserunt duo Concilia 1074 et 76 Rotomagi habita eodem auctore Phillips.

[3]) cf. A. Friedberg: De finium inter ecclesiam et civitatem regundorum judicio Lips. 1861 § 44 p. 232: „principes . . . nulla episcoporum aut aliorum spiritualium superiorum ratione habita contra omnium canonum decreta . . . alias ecclesias aliis incorporabant." cf. etiam Hinschius K. R. l. c. p. 283. Exempla hujusce rei multa possunt proferri. Sufficiant ea, quae sequuntur. J. Schilter in cit. opere Anmerkung 8 p. 529 sqq. praebet diploma imperatoris Lotharii de aô 845 per quod „ad stipendium fratrum canonicorum et sanctimonialium deo in monasterio S. Stephani Argentorati famulantium" huic monasterio confert; „Eilff dinghöfe mit allen iren zugehörden und rehten" ihm „darinn zugehörig, Es seyent Kirchen, Capellen . . . . und besunder indewendig den muren die Kirche zum heiligen Crütze mit irem begriffe und zehennen." — Itemque ex historia Silesiaca talia habemus exempla: Boleslaus I. dux Silesiae aô 1175 monasterio Lubensi ecclesiam Lubensem S. Evangelistae Joannis itemque ecclesiam Vratislaviensem S. Petri contulit. (cf. Heyne l. c. p. 192 sq.) Henricus I. dux parochiam Suidnitziensem ordini S. Clarae Vratislaviensi donavit. (cf. Heyne l. c. p. 468, 472). cf. exemplum, quod Friedberg l. c. ex opere: Geschichte d. Herzogth. Würtemberg unter d. Regier. der Graven von Sattler. dipl. Würtemberg comit. Eberardi d. aô 1450: „So haben wir dem Hn. D. Apt u. dem Convent gemeinlich des Closters zum Adelsberg . . . damit sie dann den dienst Gotz mit singen und lesen dest emsiglicher volbringen mögen recht und redlich ergeben unser Kirchen zu Hohenstangen mit sampt dem Cappel in d. Schloss zu H. mit . . allen ihren Friheiten, Rechten, Nutzen u. Zugehörungen u. sunder mit den rechten, die man zu Latin nempt jus patronatus." cf. ibid. ap. Sattler Beyl. 164 aliaque exempla Reinhard Meditationes de jure princip. Germ. 1717.

[4]) cf. n. 2.

clesiae infaustis principibusque, in quorum manibus potestas posita erat, rebus ecclesiasticis se immiscentibus vel etiam, quod saepissime fiebatur,[1]) si laici hac in re non malignitate ducti ius suum, quod habebant in beneficiis, veluti jus patronatus[2]) male interpretabantur, imprimis cum ecclesiae, quas majores eorum, uti supra demonstratum est, occupaverant, quasque ab his proprias acceperant, tenerent vel ipsi aedificavissent, tamen, inquam, nisi ecclesiae magnum detrimentum afferebatur, episcopi connivebant et Alexander III. papa aô 1180 (c. 11 X. de jure patronatus 3, 38) tales donationes, „si postea consensum episcopi habuerint aut si legitima fuerint praescriptione munitae", non esse irritas declaravit. Interdum etiam superiores ecclesiastici postea incorporationibus a potentibus laicis factis expressam „confirmationem" tribuebant.[3]) Quin etiam idem Alexander III. in c. 17 X. de jur. patr. constituit, ut, „si quis episcopus improbitatis vel avaritiae causa consentire noluerit Romano Pontifici nuntietur et quod offerendum est, tunc ejus licentia offeratur."

Requiritur deinde, uti jam supra indicatum est, praeter auctoritatem episcopi consensus capituli[4]) neque minus patroni[5]) omniumque omnino, quorum interest. Itemque sicut

---

[1]) v. g. in exemplo, quod de imperatore Lothario modo protuli, illucet ex verbis, quae initio illius diplomatis leguntur, imperatorem optima fide egisse: „Wanne wir gerehten u. redelichen Vorderungen der Knechte Gottes umb liebe Gottesdienstes gönnent so missetrewen wir nit danne das uns die öberste gabe von dem HErrn mitgeteylet werde" etc. De Boleslai I. et Henrici I. mentibus piis cf. Heyne l. c. p. 204 et p. 308. — Nunc quidem, ut conferatur, peto: Phillips VII, II p. 630 sqq.

[2]) Exemplum idem vir doctissim. Heyne l. c. p. 934 illustrat, ubi dux Przemislav I. monasterio Saganensi secundum jus patronatus in ecclesia parochiali Saganensi sibi competens hujus ecclesiae beneficium in perpetuam possessionem confert.

[3]) Insigne exemplum vide ap. Heyne l. c. p. 906, ubi refertur episcopum Vratislav. Nankerum aô 1329 incorporationem ecclesiae in vico Seitsch sitae a duce Henrico III. Silesiaco factam monasterio Lubensi confirmasse subindeque eam Martinum V. pontificem maximum confirmasse die 19. Sept. 1424. (?)

[4]) Quod etiam in historiae documentis expresse saepenumero memoratur cf. Heyne l. c. p. 959, Bd. II p. 682.

[5]) Hoc dicit speciatim Richter l. c. (6. Aufl.) § 192 p. 533. Exemplum talis consensus invenies ap. Bluhme: Die Rechtsnachfolge d. freien Stadt Frankfurt in die Patronatsre. etc. in Dr. R. Dove Ztschrft. f. K. R. Jhrgg. IV. Tübing. 1864. p. 53.

in universa unione beneficium debet vacare; quod in incorporationibus saepe ita effectum est, ut beneficiarius (forte pensione pro eo a monasterio vel ex beneficio solvenda imposita) in favorem monasterii, capituli etc. resignaret[1]) vel ita, ut, si beneficium alteri incorporabatur, beneficii incorporandi possessori illud conferretur, cui incorporabatur.[2]) Ad probandam incorporationem sicuti ad unionem etiam literae vel instrumentum, quae de ipsa incorporatione facta conficiuntur, (quae lingua vernacula vocantur: Incorporationsurkunde, J. Bulle) quaeque imprimis ad diversas incorporationis species distinguendas maximi sunt momenti, requiruntur.[3]) Etiam probatur incorporatio ex diuturnitate temporis vel per tempus immemoriale vel annorum quadraginta cum titulo putativo praescribendi. Neque minus notant canonistae probari eam pluribus antiquis scriptis, testes vero non sufficere.[4])

Sectio III.

Quos diversos effectus diversae incorporationis species habeant.

§ 8.

Generalia quaedam.

Universam incorporationum historiam perlustrans quis est, quin cernat paulatim jura eorum, quibus incorporatum est, de beneficiis incorporatis magis esse coërcita.

[1]) cf. Heyne Bd. I. p. 917; memorat parochum Röchlitziensem aô 1334 in favorem monasterii Lubensis resignasse. cf. ibid. p. 849, med. Bd. II p. 749; Bd. III. p. 1193; Bluhme l. c. p. 56 sq., ubi pensio imponitur.

[2]) Item Heyne l. c. Bd. I p. 827 refert: Henricum I. Vratisl. episcop. custodiae capituli collegiati Glogaviensis aô 1305 incorporasse ecclesiam Metschlaviensem hujusque ecclesiae parochum custodem capituli Glogav. nominasse, cf. Heyne Bd. II p. 655.

[3]) Garcias l. c. P. XII. c. 2 n. 226 notat: „alioquin vacare censeri beneficia unita, si solo verbo et facto unirentur, et hoc accidisse in facto Beneventi, ubi quaedam beneficia erant unita seminario solo verbo et facto sicque per multos annos stetere: sed rever. Nuntius Apostolicus hoc praesentiens tulit sententiam, qua dictas uniones irritavit et condemnavit seminarium Beneventanum ad multam pecuniarum quantitatem pro fructibus interim male perceptis.“ cf. Seitz l. c.; Fösser l. c. § 8.

[4]) cf. de his rebus Garcias l. c. c. 2; Seitz l. c.; Bouix l. c.; Fösser § 6, 7, 8.

Primis, quibus fiebant incorporationes, temporibus malum aliquamdiu invasit, ut illa distinctione inter altaria et ecclesias instituta monachi ecclesias tenentes etiam plenam de altaribus libere disponendi licentiam vulgo redimerent ab Episcopis et ita minus plenam in plenam incorporationem saepius vel plenissimam converterent pensitantes in mutatione vicariorum aliquem censum pecuniarium altarium redemtionem vel venditionem [1]) vel relevationem [2]) vel etiam personalem redemtionem vocatam. [3]) Neque videtur absurdum dicere hanc pensitationem inde fluxisse, quod episcopi opinabantur se esse quasi dominos feudi altarium, quae monachis quasi in feudum concessissent. Quare etiam sicuti domini feudi in mutatione vasalli laudemium solvi curabant, ita episcopi, quoties novus vicarius instituebatur, certam pecuniam postulabant. [4]) Sed nonnulla concilia hanc redemtionem tanquam simoniacam rejecerunt et respuerunt. Primum hoc factum est a Concilio Romano sub Leone IX. aô 1049 celebrato [5]) itemque Gregorius VII. lib. IV. epist. 22 conquestus est illud tunc commune malum paene totius terrae fuisse idque damnavit. [6]) Deinde concilium Claromontanum Alverniae sub Urbano II. habitum ait [7]): „Quaesitum est de episcopis, qui altaria monasteriis data frequenter redimi compellebant pecunia, quia quidam Simoniacae pravitatis usus in Galliarum partibus jam diutius inolevit, ut ecclesiae vel decimae, quae vulgari vocabulo apud eos Altaria nuncupantur, monasteriis datae saepius ab episcopis sub palliata avaritia vendantur;

---

[1]) cf. Du Cange Tom. I p. 354, Tom. V p. 245; notae Petri de Marca ad c. 7 clarom. Conc. ap. Mansi tit. XX p. 982; v. Espen l. c. T. 33 c. 5 n. 23 sqq.; T. 34 c. 1 n. 5 sq.; Böhmer: l. 3 T. 37 § 73; c. J. Hefele l. c. Bd. IV. Freib. 1860. p. 682 l. 29 § 539. Phillips K. R. VII, 1 § 384.

[2]) Chladenius l. c. § 16 i. f. p. 1017.

[3]) uti ex bulla Paschalis II. patet de aô 1107: „has nimirum ecclesias juxta praedecessoris nostri felicis memoriae Urbani decretum in Alvernensi Concilio constitutum ab omni Personali Redemptione liberas permanere censemus.“ Hanc nominationem ex eo puto manasse, quod vicarii etiam personae nuncupabantur. cf. Du Cange l. c.

[4]) v. Espen l. c. T. 34 c. 1 n. 6; Böhmer l. c. § 75.

[5]) teste Hefele l. c.

[6]) v. Espen l. c. T. 33 c. 5 n. 25; Chladenius l. c. p. 1020 § 19.

[7]) c. 4 C. 1 q. 3.

mortuis nimirum seu mutatis clericis, quos personas vocant. Nos auctore deo venalitatem omnem tam ex rebus, quam ex ministeriis ecclesiasticis propellentes hoc ulterius fieri auctoritate Apostolica prohibemus, sicut etiam praebendas omnes venumdandas interdicimus." Neque minus hoc malum reprobaverunt synodi Pictaviensis aô 1078[1]) et Nemausensis aô 1096 habitae.[2]) Quibus conciliorum decretis, ut hoc quoque adjiciamus, census annuus episcopis solvendus non est vetitus,[3]) quod etiam ex c. 4 § 1. C. 1 q. 3: „Salvo utique episcoporum censu annuo, quem ex iisdem altaribus habere soliti sunt", apparet.

Sed etiam ista altarium redemtione rejecta saepenumero diversae incorporationis species non satis inter se distinctae, omnesque pari modo tractatae esse videntur[4]) et monasteria etc. ex incorporatione minus pleno jure facta jura sibi vindicasse, quae postea in incorporatione jure pleno facta tantum dabantur et in incorporatione jure pleno facta jura, quae posterioribus temporibus in incorporatione jure plenissimo facta tantum concedebantur.[5]) Cumque jam doctrina effectus diversarum specierum accurate sejungeret, tamen non omnibus locis hi erant conformes, cum mores, leges, statuta partim uberiora, partim minora concederent jura et diversis quoque incorporationis speciebus confusis jura ex iis manantia confunderentur.[6]) Quae, uti ex ipsa rei natura sequitur, a nobis non possunt pertractari; sed saltem passim respicientur. Jura, quae ex incorporationibus trahuntur,

---

1) Chladenius l. c. p. 1021.
2) cf. Phillips § 384.
3) Phillips l. c. rectissime advertit Goffridum abbatem Vindocinensem etiam hunc censum tanquam simoniacum improbantem modum transiisse; v. Espen qui l. c. n. 24 sq. hujusce rei mentionem facit c. 4 § 1 C. 1 q. 3 omisisse videtur, probans Goffridi sententiam et hunc censum in fraudem Concilii ab episcopis excogitatum fuisse dicens, „qui, uti inquit, mutato nomine per singulos annos particulari solutione exigebant, quod per intervalla ex Vicariorum seu personarum substitutione percipiebant." Recens exstitit assecla atque defensor Goffrido Chladenius cf. p. 1021, 1022.
4) Neller de jur. par. prim. c. 1 § 5 ann.
5) Neller l. c. § 30.
6) cf. Neller in dissert. cit. prodomo.

facile discerni possunt in jura temporalia et in jura spiritualia. Jura temporalia, cum in omnibus speciebus eadem sint, simul possunt tractari, spiritualia, cum sint diversa, in diversis speciebus disjungi oportet.

Pars I.

Jura spiritualia.

Cap. I. Incorporatio minus pleno jure facta.

§ 9.

De iuribus pastoris primitivi ejusque, qui tenet beneficium incorporatum.

Minima et maxime honorifica tantum jura sunt, quae ex incorporatione minus plena de spiritualibus trahi possunt.[1]) Si ecclesia parochialis incorporatur, ea quidem, quibus incorporatum est, monasteria, capitula, dignitates etc. pastores vel parochi primitivi[2]) nominantur, (quod nomen etiam in eos, qui praesunt monasteriis etc. vel beneficia tenent, v. g. Abbates vel canonicos transfertur) attamen, uti ait rectissime van Espen,[3]) non re, sed nomine tantum sunt pastores. Primitivi dicti esse videntur,[4]) quo significetur eos primitus possedisse tanquam parochos ecclesias illas incorporatas, spiritualia vero vicariis esse data ipsa ecclesia parochiali quoad temporalia penes ipsos remanente. Habent vero parochi primitivi nihil ferme juris in spiritu-

---

1) v. Espen l. c. T. 34 c. 1 n. 32; Wetzer u. Welte l. c. Bd. 8 s. v. Pfarrer; Walter l. c. (12. Aufl.) § 148.

2) cf. Neller in citt. dissertt; de genuin. id § 1, 2 ait nomen pastoris primitivi recentius esse neque inveniri in corp. jur. can. neque in jur. novissimo Concil. Tridentini. Sed esse consecratum in foris episcopalibus et statutis dioecesanis et per praxin; cf. v. Espen l. c. c. 4 n. 10 i. f.; Fösser l. c. p. 365 i. f.

3) l. c. n. 29.

4) van Espen l. c. n. 30; Eichhorn l. c. Bd. I. p. 655 hoc probat adjiciens: „Er (nomen pastoris primitivi) scheint daher vornehmlich dadurch entstanden zu sein, dass häufig die Verhältnisse eines parochus principalis (i. e. ejus, qui ecclesiam pleno jure incorporatam habet) in die eines parochus primitivus verwandelt wurden.“ cf. contra Neller l. c. § 14 in ann.

alibus,[1]) et ideo mihi magis placeat nomen pastoris titularis, abusivi vel improprii.[2]) Nullo modo vero in incorporatione minus plene facta probare possim nomen parochi habitualis,[3]) quia curae et regiminis spiritualis omnino nihil habet.

Quod ad jura honoraria pertinet, quae pastori primitivo saepe concedi solebant,[4]) quaeque curam animarum nullo modo attingere debent,[5]) praecipue illud Nelleri[6]) locum habet: non esse per omnes ecclesias pastorum primitivorum jura eadem et uniformia ex toto, sed moribus, concordatis, legibus, statutis locorum particularium limitata admodum, hinc inde etiam conniventia ordinariorum largiora. Talia jura e. g. haecce erant: in Gallia fas erat primitivis parochis quatuor anni solennioribus festis divinis vel in festo assumtionis vel purificationis b. Mariae vel patrocinii officium facere et cum stola incedere, totius anni decursu in choro primum locum obtinere, supplicationibus et inhumationibus mortuorum assistere,[7]) in Belgio jus habebant postulandi, ut certis diebus vicarii accederent ad ecclesiam canonicorum, officio divino aut supplicationi assistant cum Clero, jus nominandi custodem, matricularium, concionatorem pro adventu et quadragesima etc.[8]) Sed ita his juribus pastores primitivi uti debent, ut integra parochiae cura et regimen vicario maneat,[9]) neque hoc invito illi beneficio incorporato deservire possunt.[10])

1) Pirhing l. c. l. 3 T. 5 n. 225; Schmalzgrüber l. c. n. 192.

2) cf. Neller l. c. § 14.

3) profert hunc titulum Neller l. c. § 3; mihi quidem hunc abusum fluxisse videtur de confusione incorporationis plenae cum non plena. Neller ipse de jur. par. prim. c. 1 § 39 ann. 2 dicit: „ex altera parte vicarius est dominus curae adeo, ut parochus primitivus curam habere dicatur in habitu per abusionem vocis."

4) Ludovicus XIII. rex Franco-Galliae teste v. Espen l. c. n. 32 in sua ordinatione de aô 1629 art. 12 declaravit, posthac monasteria, capitula seu Cathedralia seu Collegiata, quibus ecclesiae parochiales fuerunt unitae, non posse praetendere ulla jura in supradictis ecclesiis, nisi honoraria.

5) Neller de jur. par. prim. c. I. § 1 v. Espen l. c. n. 32.

6) cf. prodromum ad dissert. de jur. prim. par. cit.

7) Neller l. c. § 6; v. Espen l. c. n. 33.

8) v. Espen n. 34, 35.

9) v. Esp. n. 36.

10) P. Rebuffus l. c. de vicar. perpet. p. 222 n. 1.

§ 10.

Jus ejus, qui beneficium incorporatum tenet, de vicario instituendo.

Primo concilium Lateranense tertium sub Alexandro III. aô 1179 celebratum, quod ad vicarii institutionem pertinet, distinguebat ecclesias pleno jure et non pleno incorporatas. Quod quidem in cap. cum et plantare § in ecclesiis [1]) haec praescripsit: „In ecclesiis vero suis, quae ad eos (sc. religiosos) non pleno jure pertinent, instituendos presbyteros episcopis repraesentent, ut iis de plebis cura respondeant. Ipsis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Institutos etiam inconsultis episcopis non audeant removere.“ Quod quidem decretum, ut Phillips [2]) recte advertit idem est, atque c. 6 C. 16 q. 2 ex Urbani II. temporibus; [3]) sed hic canon nondum ipsis verbis incorporationem pleno et non pleno jure factam sejungit. Quae quidem praecepta etiam aô 1215 in Concilio Lateranensi IV. sub Innocentio III. habito innovata sunt, et adjectum, ut praesentent religiosi presbyteros idoneos. [4]) Habent igitur monasteria, capitula etc. in ecclesiis non pleno jure incorporatis jus praesentandi episcopo presbyterum, qui debet esse idoneus ad parochiam, nisi alii cuidam cesserit jus patronatus. [5]) Episcopus eum examinat et sicuti alium quemlibet parochum instituit et spiritualia beneficii confert. Quare etiam de spiritualibus rationem vicarius dare debet episcopo eique in omnibus subest, de temporalibus vero soli respondeat monasterio. Nunquam ergo instituere potest abbas vel alii pastores primitivi in ecclesia incorporata

---

1) c. 3 § 2 X de privileg. 5, 33.
2) Phillips l. c. §. 385.
3) Phillips l. c. conjicit hunc canonem in Conc. Claramontano 1095 datum esse, quod jam fecit v. Espen l. c. T. 34 c. 1 n. 1.
4) c. 31 X de praeb. 3, 5.
5) cf. Neller l. c. c. II. § 1; et huj. comment. § sq. Jus praesentandi eodem modo puto exerceri debere sicut in jure patronatus ecclesiastico cf. de hac re: Bruno Schilling: Der kirchl. Patronat. nach Kan. R. Leipz. 1854 p. 43 sqq.; Phillips K.-R. VII., II. p. 793 sqq.

presbyterum multoque minus curam animarum committere.[1]) Nonnunquam autem installatio, quam vocant i. e. possessionis ecclesiae corporalis traditio parochis primitivis concessa est;[2]) itemque investitura, uti etiam hanc vocant, canonica apud regulares ad parochias incorporatas a superiore praesentatos fiat ab episcopo, interdum non oportet.[3]) Neque, ut etiam ait c. 3 § 2 X. de privil. 5, 33 institutos presbyteros sine consensu episcopi pastores primitivi amovere possunt. Quamquam hic canon universum praeceptum dare videtur, amotio sive destitutio vicarii perpetui tantum semper fuit penes episcopum, temporalium, sive regulares fuerint sive saeculares, aequo jure pertinet ad episcopum et parochum primitivum, ita ut neuter alteri causas suae amotionis demonstrare neque de hac debet rationem reddere.[4]) In administratione spiritualium nullum, ut jam supra dictum est, pastori primitivo jus conceditur, sed ordinarius juxta verba S. Synodi Tridentini[5]) „sollicite procuret, ut animarum cura laudabiliter excerceatur." Quum vero monasterio beneficium quoad temporalia sit collatum, et ergo multum ejus intersit bene temporalia administrari, certe de iis a vicario rationem postulare potest.[6])

§ 11.
Ratio juris vicarium praesentandi et patronatus.

Jus praesentandi, quod habemus in incorporatione minus plena, etiam invenimus in jure patronatus. Praeterea

---

1) Neller l. c. c. 1 § 8 ann.: „Quomodo praedicabunt, nisi mittantur (sc. past. prim.)? Et quis mittet alius, nisi episcopus? Quo jure praesumet mittere, qui ipsemet non est missus, non posset obire functiones parochiales sine speciali missione, tametsi vellet? Curam, qui non habet, quomodo communicabit alteri etc.

2) Neller l. c.; Helfert l. c. p. 282.

3) Jam aô 1309 privilegio papali Praemonstratensibus abbatibus indultum erat, ut si episcopus dioecesanus sine ratione sufficiente presbyteris ejusdem ordinis investituram dare noluit, eam episcopalis jurisdictionis ratione non habita ipsi darent. cf. Heyne l. c. Bd. I. p. 816.

4) Neller l. c. § 10 secundum Bullam Benedicti XIV. papae „Firmandis" aô 1744, adjicit: „hoc ipso, quia episcopus vicarium admiserit sub qualitate temporalis, (sive dies definitus, sive indefinitus fuerit) censetur consensisse, ut vel finito tempore ejus officium exspiraret vel dumtaxat duraret usque revocationem praesentantis." — 5) Sess. 7. de ref. c. 7.

6) Quando regularis et quando temporalis vicarius institui possit cf. infra §16.

etiam jura alia honorifica, quae, ut supra diximus, in incorporatione minus pleno jure facta saepissime conceduntur, non minus nobis in jure patronatus occurrunt e. g. sedes in choro;[1]) accedit, quod patronus ecclesiasticus etiam jus habere potest percipiendi partem redituum ecclesiae.[2]) Quibus rebus multi moti videntur esse, ut confundant incorporationem minus plenam cum jure patronatus in ecclesia incorporata.[3]) Etiam V. D. Phillips (K. R. VII, I § 385),[4]) uti recte advertit Fösser[5]) „nimis artam necessitudinem rationemque inter jus patronatus ecclesiasticum et incorporationem minus plenam statuit“ imprimis cum dicat: „Es ist kein Zweifel, dass diese Art der Incorporation die Grundlage des geistlichen Patronats geworden ist.[6])“

Ex fontibus nostris hoc concludi posse non opinor. Quod speciatim attinet ad c. 11 X de jure patronatus 3, 38, cujus loco suam sententiam confirmari contendit Phillips, mihi quidem hujus capitis locus non mirus est, cum de abusu juris patronatus agat nihilque aliud exprimat quam ex translatione juris patronatus monasterio facta incorporationem trahi non posse. Itemque non video, quid aliud ex c. 13 X de jure patronatus effici possit, nisi prohibere Alexandrum III. papam velle abusum juris patronatus, quod Hospitalarii in ecclesiis parochialibus acquisiverant et quo nunc utebantur ad minuendum jus episcopi paroeciale. Sic etiam hujusce capitis locus mihi nullam praebet difficultatem. Neque c. 17 X ejusd. tit. locus molestus est, cum in capite praecedente (c. 16) vetita juris patronatus emtione vendi-

[1]) cf. Br. Schilling l. c. p. 99. § 66; Richter l. c. (1842) § 143 p. 269 nr. IV.

[2]) cf. Neller: de gen. id. c. I. § 17; Richter l. c. nr. III.

[3]) cf. Schilling l. c. p. 5 sub 4; Böhmer l. c. l. 3 T. 38 § 44 sq. Müller l. c.; Brendel l. c.; alii.

[4]) cf. nunc etiam Phillips K. R. VII, II p. 656 sqq.

[5]) l. c. p. 404.

[6]) Magis probem rationem dicendi Phillips l. c. VII, II p. 786: „Andererseits kann bei manchen Verhältnissen, namentlich da, wo es sich um die Bestellung eines Vicarius perpetuus handelt, eine Praesentation vorkommen, ohne dass sie ihren Grund in einem Patronat hätte.“ Si adjicit Ph. ann. 10 p. cit.: „Uebrigens haben sich die meisten dieser Verhältnisse doch in ein geistl. Patronat verwandelt,“ saepius quidem hoc factum esse concedo, (cf. Bluhme l. c. § 8) attamen per abusum certe factum est.

tione in c. 17 decimae et ecclesiae, quae saepissime simul cum jure patronatus transferebantur, quin etiam vendebantur, quominus sine episcopi vel papae concessione conferantur, prohibeatur.

Denique clem. 1 de jur. patr. 3, 12 nullius alius conclusionis materiem praebere videtur quam: Si ad religiosos reditus ecclesiae, in qua habuerunt jus praesentandi, pertinerent, saepissime presbyteri sustentatio valde negligebatur. Quapropter Clemens V. papa praescripsit, ut praesentatus non admitteretur, priusquam portio congrua fuerit assignata intra certum terminum. Ille vero abusus et in incorporatione minus plena et in jure patronatus fieri potuit. Quare cur miremur, quod hicce hujus praescripti electus est locus? Praeterea in universum haec dicenda sunt.

Fieri potest, ut ecclesia incorporetur salvo jure patronatus (v. g. factum est, ut alicui in vitae tempus jus patronatus in incorporatione reservaretur [1])) et ergo monasterium etc. jus praesentandi non habeat, [2]) etiamsi hoc raro tantum videtur evenisse et plerumque illos, quibus jus patronatus in beneficiis incorporandis competebat, hoc monasteriis donasse ex historiae documentis patet. Si beneficio aliud beneficium incorporabatur, etiam ita res est instituta, ut beneficiario illius quidem jus praesentandi vicarium ad incorporatum beneficium concederetur, illi vero, qui adhuc in beneficio incorporato jus patronatus habuerat nunc in eo hoc jus tribueretur beneficio, cui incorporabatur. [3])

---

1) cf. Heyne l. c. p. 472.

2) Schloër l. c. c. II. § 2, IV., qui etiam Pirhing citat; Schmalzgrüber l. c. n. 192; v. Espen l. c. P. II. T. 34 c. II. n. 11; Neller l. c. c. 1 § 17 ann. hocce dictum a Hericourt dans les Loix ecclesiastiques part. 2 p. 123 citat: „Un Ecclesiastique, qui a par son benefice le droit de patronage d'une Eglise n'est point toujours le Curé primitif et le Curé primitif n'est point toujours Patron. Il peut y avoir dans la même paroisse un Patron, un Curé primitif et un gros decimateur, qui soient trois personnes differentes.“ cf. etiam Neller de jur. prim. par. c. II. § 1; Altmann: Praxis der preuss. Gerichte in Kirchen etc. -Sachen. Leipzig. 1861 p. 351.

3) Tale jus, cum parochialis ecclesia Metschlaviensis incorporaretur custodiae capituli collegiati Glogaviensis patronis ecclesiae Metschlaviensis datum esse in beneficio custodiae aô 1305 ab episcopo Vratisl. Henrico I. refert Heyne l. c. p. 827.

Si vero jus patronatus solum fuerit translatum, ex hoc nemo sibi sumere potest incorporatam esse ecclesiam minus pleno jure.[1]) Quod, cum etiam factum sit[2]), hodie nemo contendat.

Sed, uti supra notavimus, si ecclesia incorporata est quoad temporalia, saepissime deducere volunt jus patronatus ecclesiasticum. Neque vero hoc probandum. Nam cum partim incorporatio plura quam jus patronatus jura praebeat,[3]) partim jus patronatus non solum in praesentatione consistat, sed alia quoque, quae in incorporatione non inveniuntur, jura tribuat,[4]) etiam id, quod in jure patronatus primum postulatur: beneficia accepta, pro quibus ecclesia gratam memoremque se praebet, in incorporatione minus plena nunquam fere occurit.[5]) Quare immerito incorporatio minus plena jus patronatus dicitur complecti propter effectuum illius similitudinem, et, si jus patronatus pastori primitivo competit, non propter sed praeter incorporationem minus plenam

---

[1]) Nam is, qui succedit in jus alterius eo jure, quo ille, uti debebit. (c. 44 in 6to de regul. jur. 5, 12) cf. etiam c. 5, 8, 11 X de jur. patron. 3, 38; et cit. dictum Hericourt, verba: „Un ecclesiastique, qui a par son benefice le droit de patronage d'une Eglise n'est point toujours le Curé primitif.“ cf. etiam c. 2 X de suppl. negl. prael. 1, 10. Factum quidem est saepissime, ut ecclesia, cujus jus patronatus monasterio donatum erat, huic auctoritate ecclesiastica incorporaretur. Exempla citant v. g. Böhmer l. c. l. 3 T. 38 § 49, 50; J. P. Gregel: Das landesherrl. Patron.-R. Würzb. u. Bamb. 1805 § 41 p. 52 ann. c.; Heyne l. c. p. 974; Bd. II. p. 704.

[2]) cf. Bluhme l. c. in instrumentis p. 50 i. f., p. 53 i. f. et 54.

[3]) cf. Neller de gen. id. c. I. § 17; Hinschius: Das landesherrl. Patron. 4. Abschn. II.: „Man will dies verneinen, weil ein solches Praesentations-R. kein Patronat ist. (Die Incorporation begründet viel umfassendere Re als der Patronat).“

[4]) cf. v. Espen l. c. Tit. 25 de jur. patron. c. 5 n. 2: „Quin revera jus patronatus et jus praesentandi distinguantur dubitari nequit“; Richter l. c. 6. Aufl. § 192 p. 533: „Das Patronat-R. kann ohne Praesentationsrecht bestehen.“ Phillips K.-R. Bd. VII., 2 p. 613, 786 (c. 25 X de jur. patron. 3, 38.) cf. etiam Gerlach: Das Praesentationsr. auf Pfarreien Münch. 1854 p. 1; Gitzler: Handb. § 167 ann. 8 p. 493; Dr. Fr. Kunstmann: Grundzüge ein. vergleich. K.-Rs. d. christl. Confession. Münch. 1867 p. 161 ann. 2.

[5]) Wetzer u. Welte l. c. s. v. Hilfspriester Bd. V. (1850); cf. etiam v. Espen P. II., T. 34 c. 4 n. 10: „Raro accidit, ut ipsi (sc. illi, qui nominantur saepe patroni ecclesiastici) parochiales ecclesias exstruxerint vel dotaverint . . . quare, qui hodie dicuntur patroni ecclesiastici, non solent esse veri patroni, sed primitivi pastores titulo unionis dictarum ecclesiarum atque in ea qualitate praesentare vicarium.“

datum est, itaque jus patronatus accidentale, jus praesentandi naturale incorporationis nuncupem.[1])

§ 12.
De juribus vicarii.

In incorporatione minus plena, uti supra dictum est, spiritualia a temporalibus omnino manent separata, et pro spiritualibus vicarius instituitur. Vicario beneficium transfertur in quantum spirituale est, pastori primitivo in quantum fructiferum est[2]) et uterque jus suum nomine ac jure proprio habet. Quare rejicienda est comparatio pastoris primitivi cum domino feudi, vicarii cum vasallo.[3]) Unde etiam sequitur, ut vicarii, sive sunt perpetui, sive nutu amovibiles (si hoc concessum est) veri sint ac proprii pastores[4]) et nomine tantum vicarii. Sed cum vicarios ad nutum amovibiles etiam pastores esse ordinarios dicendum sit, tamen beneficium eos habere non concedi potest, quod Garcias ita fere exprimit[5]): „At vicaria temporalis seu ad nutum amovibilis non est beneficium nec titulus beneficialis, quia non confertur in titulum, sed est simplex salarium seu stipendium.“ Jam enim id, quod semper in beneficiis postulari debet: perpetuitas, quae etiam inamovibitatem amplectitur, in his non reperitur.[6])

---

[1]) Richter l. c. § 188 p. 520: „Die spätere Zeit hat die Berechtigung die einerseits aus dem Patronate, andererseits aus der Uebertragung der Pfarre auf Stifter und Klöster od. der sog. Incorporation hervorgeht nicht immer auseinander gehalten, obwohl sie generisch verschieden sind.“ cf. Fösser l. c.; Walter l. c. 14 Aufl. § 234 X p. 526.— Pro mea sententia etiam id videtur proferri posse, quod prioribus temporibus decti secundum Panormitanum incorporationem quoad jus patronatus et quoad temporalia distinguebant. cf. § 4 huj. comm.

[2]) Neller de jur. prim. par. c. 1 § 1 ann.

[3]) Neller l. c. § 39 ann. 2.

[4]) Neller l. c. § 3; Helfert Handbuch p. 373; Herzog l. c. s. v. Incorporation; v. Espen l. c. T. 34 c. 1 n. 29; Böhmer l. c. III., 38 § 44; Hinschius K.-R. l. c. p. 293.

[5]) l. c. P. I. c. 2 n. 93.

[6]) cf. Phillips K.-R. VII., I. p. 275: „Den Gegensatz zu den eigentl. Beneficien bilden weg. Mangel der Perpetuität die beneficia manualia.“ Sed controversia est de his manualibus, quae vocantur, beneficiis; et sunt, qui dicant perpetuitatem vim beneficii non attingere. cf. de hac re etiam Raimund: Ueber die parochi amovibiles in Moy's Archiv f. Kath. K.-R. Bd. 21 (N. F. Bd. 15) p. 429; Fösser l. c. p. 409.

Attamen item atque alii parochi sunt judicandi omniaque jura habent parochialia neque, quia nutu et arbitrio abbatum etc. possunt amoveri, sequitur, ut minus juris habeant.[1]) Neque male mihi hi vicarii nutu amovibiles comparari videntur „cum illis curatis, quibus temporaliter commendatur ecclesia, qualis casus est in c. 15 de elect. in 6to. 1, 6“ aut „cum parochis nudam commendam habentibus absque investitura“[2]) vel cum illis in Gallia parochis, quos vocant „curés desservants“ vel „Succursalpfarrer,“ qui etiam sunt veri parochi.[3]) Qui vicarii amovibiles, de quibus supra dictum est: posse eos et ab episcopo et a monasteriis etc. aequo jure removeri, sine causa possunt removeri,[4]) modo remotio sine dolo et odio fiat.[5])

Vicarius perpetuus habet verum beneficium et verum titulum. Nam, quamquam in temporalibus beneficii incorporati nullum jus habet, tamen infra demonstrabimus, eum portionem congruam accipere debere, itaque vicaria fit beneficium.[6]) Quare omnia jura de beneficiis constituta etiam in vicariis perpetuis locum habent. Potest igitur vicarius in hunc titulum ordinari nulloque modo, nisi canonico, ab

---

1) Neller l. c. § 40.

2) cf. eundem l. c. § 3 ann. 2, qui hoc loco refert per Moguntinam, Herbipolensem et Spirensem diöceses parochos accepisse curam non in titulum sed in commendam.

3) De quibus cfs. Hinschius K.-R. l. c. p. 294 n 1 et Raimund l. c.; ubi p. 429 i. f., quamvis demonstrare studeat aliter esse hos (curés desservants) atque illos (qui beneficia manualia obtinent) esse judicandos, tamen ille, qui refert, dat magnam similitudinem esse, si dicit: „Aber nach alle dem bliebe es vielleicht noch streitig, ob die Succursalpfarreien Frankreichs den Manualbeneficien völlig gleichgestellt werden könnten.“

4) Utrum ex justa et legitima causa an ex libera et absoluta voluntate vicarius amovibilis possit removeri dubium est inter canonistas. cf. Raimund l. c. p. 427, sqq. Sententiam, quam ego protuli, etiam invenies ap. Pyrrhum Corradum: Praxis beneficiariae etc. Col. Agrip. 1679 lib. I. c. 6 n. 270 et Benedicti XIV. Pontific. Max.: De Synodo dioecesan. libri VIII. Ferrariae 1753 l. 7 c. 65 n. 2: „vicarii temporarii . . . etiam sine causa removeri possunt nec remotio in synodo prohiberi potest.“

5) Benedictus XIV. l. c.

6) c. 27 X de rescript. 1, 3; Lucii Ferraris: Prompta Bibliotheca Edit. IV. Tom. 7 Bonnon. 1763 s. v. Vicarius perpetuus; Flam. Parisii Advocatus Romanus in resignatione benefic. Colon. Agripp. 1683 l. III. qu. 1 n. 117; v. Espen l. c. n. 27.

ordinario suo a vicaria removeri.[1]) Ad vicarias tales ecclesiarum parochialium etiam concursus est habendus, qui a Concilio Tridentino postulatur,[2]) et S. Congregatio Conc. decreto in Portugallien. de die 30. Martis 1737 praescribit,[3]) ut „parochiales ecclesiae capitulo, collegio, vel monasterio alicui quoad temporalia tantum unitae debeant per concursum conferri.“ Mortuo vel remoto vicario vel si resignaverit, etiamsi beneficium, quod per incorporationem semel collatum est, vacare nequit, vere tamen vacat vicaria.[4]) Sed ne in hoc quidem casu pastor primitivus ullum jus in spiritualibus, quod alias non habet, consequitur.

Cap. II. Incorporatio jure pleno facta.

§ 13.

Jura de vicario instituendo.

Uti jam supra (§ 4) diximus in corpore juris canonici incorporatio, quam vocamus iure pleno factam, non sejungitur a plenissimo jure facta et quasi haec, quae hodie nuncupatur plena incorporatio nondum exsistit, sed ejus effectus iidem sunt, quae nunc incorporationis jure plenissimo factae. Sed jam a saeculo XIV. incorporationem jure pleno factam a plenissima separavit doctrina et ss. concilium Tridentinum hanc rationem, qua necessario effectus incorporationis nunc dictae plenae valde coerciti et iis, quos nunc in incorporatione minus plena invenimus, magis assimilati sunt, secutum est.[5])

In tali incorporatione monasterio, beneficio etc., cui incorporatur, non solum quoad temporalia, sed etiam quoad spiritualia beneficium confertur, ita tamen ut populus, si

---

1) cl. un. de offic. vicar. 1, 7; c. 3 X, de off. vic. 1, 28; Ferraris l. c. n. 21; v. Espen l. c.; Wetzer u. Welte l. c. s. v. Hülfspriester.
2) Conc. Trid. Sess. 24 de ref. c. 18, v. Espen l. c. P. II. T. 22 n. 7; Neller l. c. c. II. § 14, 15.
3) teste Richter: Canones et decreta Conc. Trid. Lips. 1853 p. 379, No. 1.
4) Neller l. c. c. II. § 12.
5) Phillips l. c. § 386.

parochia incorporetur, non sit exemtus ab episcopo[1]) et monasterium etc. fit vere beneficiatus et in ecclesia parochiali incorporata verus ac proprius parochus.[2]) Nominatur hoc in casu pastor principalis,[3]) primarius[4]) et etiam nomen parochi habitualis in hac specie non rejiciendum est, quia hic saltem juris fictione curam habet;[5]) verus enim quum sit parochus monasterium, etiam curam habere debet, etiamsi nunquam in actum exire potest, et vicarius pro ea instituendus est. Etiam in hac specie nomina pastoris principalis etc. in eos, qui quasi personam monasterii etc. sustinent, in abbates, canonicos etc. transferri solent, et ex rei natura sequitur, ut illi, qui beneficia obtinent, quibus incorporatum est, seu monasteriis praesunt, per haec beneficia seu per abbatiam ipsam etiam beneficia incorporata consequantur, et, quae ad illa obtinenda requiruntur, etiam ad haec sufficiant.[6]) Quin jura honoraria ejusmodi, sicuti supra (§ 9) memoravi pastori primitivo saepe concessa, etiam in hac specie dari possint, dubitari nequit. Quod ad jura de vicario attinet, certe non distincte rem tractant, si dicant: in incorporatione plena monasterium, capitulum etc. idoneum vicarium episcopo praesentare debere ab ipso examinandum et instituendum in beneficio incorporato.[7]) Sed

---

[1]) Pirhing l. c. n. 218; Fagnani l. c. l. 5 de privil. c. 3 § in eccles. n. 6; Neller de jur. par. prim. c. I. § 35; Phillips l. c.

[2]) Neller l. c. c. 1 § 24; Wetzer u. Welte s. v. Pfarrer; Hinschius: Das landesherrl. Patronat. l. c.

[3]) Eichhorn l. c. Bd. I. p. 655; Herzog l. c. s. v. Incorporation.

[4]) Müller l. c. s. v. Beneficium p. 133.

[5]) Eichhorn l. c.; Herzog l. c. — Hic nominum usus rectissimus mihi videtur. (cf. Fösser p. 365 i. f. et Walter l. c. 14. Aufl. § 235 f. n. 6. p. 538.) Sed haec omnia nomina prioribus temporibus confundi solebant cum iis, quae in incorp. minus plena memoravi neque hodie satis accurate inter se distinguuntur. Sunt haec nomina praxi et doctrina imposita, neque unum eorum illius, in qua adhibetur, speciei qualitatem arcte et subtiliter exprimit. Quare maximi esset momenti de his conveniri, quia partim, si alius iis alio utitur sensu, nodus jam difficilis eo fit inexplicabilior, partim iis usus magnas evitabis ambages.

[6]) v. g. si ecclesia parochialis incorporata est dignitati, sufficit aetas, quae ad dignitatem requiritur, ut dignitarius etiam ecclesiae parochialis principalis pastor fiat. cf. Schmalzgrüber l. c. n. 155; Fagnani l. c. l. 3 T. 5 c. exposuisti n. 37.

[7]) Schmalzgrüber l. c. n. 194; Pirhing l. c. n. 218.

potius ita mihi dicendum esse opinor in incorporatione plena monasterium etc. jus habere instituendi quidem vicarium, ita tamen, ut instituendum episcopo dioecesano praesentet, ut ab eo recipiat auctoritatem in oves i. e. curam populi, quae etiam vocatur commissio regendi.[1]) Episcopo igitur jus est praesentatum vicarium examinandi et quoad animarum curam approbandi vel, uti dicunt, jus institutionis autorizabilis,[2]) quae non amplectitur titulum et possessionem; sed haec tantum monasteria etc. ipsa vicario possunt conferre, ergo habent collationem in titulum seu institutionem tituli collativam vel collatoriam.[3]) Quumque vicarius ab episcopo accipit jus curae administrandae, efficitur, ut de cura populi episcopo respondere debeat, episcopus eum visitet et ab eo quaerat, quomodo celebret divina officia et administret populo sacramenta; et in his rebus vicarius subsit jurisdictioni et correctioni illius; itemque, si inobediens fuerit, censuris ecclesiasticis ordinarii subjectus sit.[4]) Neque ad rem facit, utrum monasterium etc. per se sit exemtum necne, dummodo ne populus sit exemtus ab episcopo, quia exemtus ratione rei non exemtae subest jurisdictioni ordinarii, ergo etiam curae populi non exemti.[5]) De caeteris vero et de spiritualibus et de temporalibus rationem reddere debet monasterio, capitulo etc.[6])

Potest etiam parochus principalis vicarios ad nutum amovibiles sive regulares sive saeculares visitare in parochialibus,[7]) quia ei tanquam immediato suo rectori subja-

---

1) Fagnani l. c. l. 5 de privileg. c. 3 § in eccl. n. 6; Neller l. c. c. 1 § 25 ann. 2 et § 8 sq.; Eichhorn l. c.; Herzog l. c.; Schulte System § 46 p. 278; Richter Lehrb. (6. Aufl.) § 141 p. 376; Phillips K. R. l. c. § 385.

2) Neller l. c. § 16 in cap. II; c. 1 § 8 sqq.; Schloër l. c. c. 3 § 4.

3) Neller l. c. § 9; Schloër l. c.

4) Conc. Trid. Sess. 25 de reg. et mon. c. 11. Bulla Gregorii XV. „inscrutabili" de aô 1622 (apud A. Tamburinium: De jure abbatum aliorque praelatorum Tom. I. Lugd. 1640 p. 163; item Bulla Benedicti XIV. „Firmandis" (ap. Neller cfs. ejus initium l. c. § 27); Pii V. Bulla: Ad exequendum (cf. Neller l. c. § 26 ann. 2); Pirhing l. c. n. 219.

5) c. 9 de privileg. in 6to. 5, 7; Fagnani n. 6 et 14; Pirhing l. c. n. 219; Schmalzgrüber l. c.

6) Fagnani ll. cc.; Phillips l. c.

7) Pirhing l. c.

cent, et jurisdictio episcoporum hoc in casu non est privativa, sed cumulativa, ita tamen „ut visitante tam episcopo quam inferiore et decreta edentibus praevalere debeant episcopi decreta, si adversentur decretis inferiorum.[1]“ — Nutu amovibilem vicarium (quod jam in incorporatione minus plena notavimus) et episcopus et parochus principalis amovere potest,[2]) vicarium perpetuum solus episcopus ex causa canonica, non jam ex causa rationabili destituere potest.[3]) Si vicarius decesserit vel remotus sit vel resignaverit, vicaria quidem vacat, sed quia monasterium verus parochus est, concursus pro novo vicario instituendo non est habendus.[4]) Itemque eadem ex causa sequitur, ut non facile in hac incorporatione concedi possit alicui jus patronatus in beneficio incorporato.[5]) Neque deputandum esse oeconomum, si ecclesia vicario destituta est, donec novus vicarius institutus sit, canonistae notant, sed in hoc uno casu curam parochi principalis in actum exire posse et hunc parochiam interim administrare.[6]) Sed debet esse habilis ad administrandam parochiam. Sin vero non est habilis aut, quod saepissime eveniat, non potest regere parochiam, administrator vicariae nominandus est, in quo instituendo illucet episcopum nullam aliam habere potestatem, quam in vicarii institutione. Examinet eum et jurisdictionem tribuat.[7]) Vicarius novus sine ulla mora tempore legitimo instituatur, oportet.[8])

---

1) Quod ex decret. S. Congreg. Conc. de 29. Jul. 1628 notat Richter Con. et decr. C. Tr. p. 52 nro. 8.

2) Bulla Bened. XIV. „Firmandis“; Pirhing l. c.

3) c. 3 X. de offic. vicar. 1, 28; Fösser ait ex causa rationabili vicarium perpetuum posse destitui; et ita quoque loquitur Bonifacius VIII. papa in c. un. de cap. monach. in 6to. 3, 18. Hodie vero mihi canonistae inter causam canonicam et rationabilem differentiam statuere videntur. Illa semper aliquid commissum fuisse postulat, propter quod a judice condemnandus est, haec vero fere eadem est, quam probabilis. cf. Raimund l. c. p. 427; cf. etiam Conc. Trid. Sess. 7 de ref. c. 6.

4) Ita decretum est a s. congreg. Conc. die 30 Mart. 1737 in Portugallien. cf. Fösser l. c. p. 407; Helfert l. c. p. 275: „Nur bei Ordenspfarreien, wo eigentlich der Orden Pfarrer ist, bedarf es keines Concurses; v. Espen l. c. Tit. 22 de concurs. n. 6 sqq. haud satis perspicue hanc rem tractat.“ — 5) Fösser l. c. — 6) Schloër l. c. c. II. § 2 n. 4 i. f.; Pirhing l. c. n. 220. — 7) Helfert l. c. p. 394 § 245. — 8) Walter l. c. (12. Aufl.) § 219 Anm.

§ 14.
De cura habituali et actuali.

Et parochus principalis et vicarius jus habent curae animarum, ille vero, uti dicunt, jus curae habet in habitu,[1]) hic in actu. Fuerunt quidem, qui dicerent instituto vicario pastorem principalem jus in spiritualibus amittere.[2]) Hoc vero probandum non est. Nam quoad habitum apud pastorem principalem (qui propterea etiam habitualis vocatur) jus remanet; si ergo de habendo jus, ut ita dicam, agatur i. e. si lis est de juribus parochialibus, tunc jus suum parochus verus i. e. principalis vindicare causamque tractare potest,[3]) et in hoc etiam multum parochus principalis differt a primitivo, qui, quamquam etiam de temporalibus, nunquam tamen de spiritualibus litigare potest. Sed vicarius perpetuus, cum etiam jus habeat et titulum in vicaria,[4]) itaque etiam in ejus spiritualibus, ejusque multum intersit, jura parochiae spiritualia non minui, de his etiam agere potest sine rectoris principalis mandato. Attamen acta a vicario in judicio pastori principali, nescio vicarium pro juribus vicariae suae agere, non oberunt.[5]) Quod vero ad actum curae et sacramentorum administrationem attinet, et nullum jus habet parochus principalis nec invito vicario aliquid facere potest, et vicarius omnia, quae aliis parochis competunt, facere potest.[6]) Quare facile jus vicarii comparetur cum jure in re aliena, quod invenimus in jure civili, et veteriores scriptores ut e. g. etiam vasallo vel usufructuario dominium utile, domino feudi vel proprietario dominium directum concedebant, etiam vicario quasi dominium utile, pastori principali dominium directum in spiritualibus attribuendum esse dicebant.[7])

---

[1]) Curam habitualem terminum esse technicum ex actis consistorialibus notat Hinschius K.-R. l. c. p. 304 n. 7.

[2]) cf. Fagnani l. c. L. 3 T. 5 c. exposuisti n. 37.

[3]) Neller l. c. c. 1 § 39 Leurenius: forum ecclesiasticum l. 3 T. 1 qu. 16.

[4]) Pirhing l. c. n. 219; Ferraris l. c. n. 18, 19.

[5]) Leurenius l. c.

[6]) Richter l. c. (1842) § 128 p. 236; cf. etiam Schulte: Lehrb. d. k. K. Rs. 1868 p. 248.

[7]) Leurenius l. c.

Cap. III. Incorporatio jure plenissimo facta.

§ 15.

Ejus effectus spirituales.

In hac incorporationis specie inde a saeculo XIV, ut non solum ecclesia, sed etiam populus exemtus sit, requiritur.[1]) Si tali modo beneficium incorporatur ordinarius omnia in beneficio jura amittit et monasterium etc., cui incorporatur non solum temporalia et spiritualia, sed etiam quasi episcopalem jurisdictionem consequitur.[2]) Hujusce speciei vim Burghoff ita describit:[3]) „Advertendum est parochiam pleno“ (i. e. plenissimo[4]) „jure possidere est eam ita possidere, ut partialiter ejus possessio cum alio v. g. Episcopo non dividatur: ita scilicet, ut Abbas, in quantum capax est, seu potius monasterium, totam materiam jurisdictionis attingat, exclusive ad Episcopos, locorum ordinarios.“ Vicarius ergo et populus soli monasterio sunt subjecti; jus igitur habet vicarium sine episcopo instituendi,[5]) itemque destituendi, per abbates visitandi, resignationes recipiendi, censuras ferendi, puniendi, cetera, quae juris ordinarii sunt, faciendi, episcopus vero horum nihil facere potest.[6]) Talis incorporatio exorbitans nunquam praesumitur, sed est probanda, neque episcopus suae dioecoseos beneficium ita potest incorporare, quia ipse jurisdictione commissa se abdicare non potest[7]) et ne a papa quidem, si beneficium conceditur, talem incorporationem factam esse praesumitur. Est enim periculosissima quoque, cum abbas etc. per hanc incorpo-

---

[1]) Fagnani l. 5 l. c. n. 6; Wetzer u. Welte l. c. s. v. Kirchenamt; Phillips l. c. § 385; Fösser p. 364.

[2]) Pirhing l. c. n. 217; Schmalzgrüber l. c. n. 193; Neller: de gen. id. c. II § 7, 8; Walter l. c. § 219.

[3]) Burghoff in Elucidat. exempt. et jurisdict. S. O. Cisterc. part. 2 c. 6 n. 344 teste Neller l. c. § 8 ann. 1.

[4]) Sub „pleno“ intelligi debet plenissimo jure; sicut § 4 notavimus saepe, ut a Nellero quoque (l. c. § 5) plenissima incorporatio pleno jure facta vocatur vel etiam utroque.

[5]) cf. Phillips Lehrb. d. K. Rs. (1871) p. 141.

[6]) cf. c. 21 X de privil. et excess. 5, 33 (ad quod cfs. n. 4); Schmalzgrüber et Pirhing ll. cc.

[7]) cf. D. A. Tamburini de jure abbat. et alior. prael. Lugd. 1640 Tom. I. disp. 15 q. 13 n. 4, II, VII, VIII.

rationem jurisdictionem quidem, nullo autem modo jura ordinis episcopalis adipiscatur, velut: jus ordinandi presbyteros, confirmandi,[1]) consecrandi ecclesias, altaria, calices etc.[2]) chrismatis conficiendi,[3]) et populus ita facile carere possit nonnullis sacramentis.[4]) Quare ss. Concilium Tridentinum statuit atque decrevit hujusmodi incorporationis effectus non posse concedi ulli monasterio „excepto monasterio Cluniacensi cum suis limitibus et exceptis etiam iis monasteriis seu locis in quibus abbates generales[5]) aut capita ordinum sedem ordinariam principalem habent, atque aliis monasteriis seu domibus, in quibus abbates aut alii regularium superiores jurisdictionem episcopalem et temporalem in parochos aut parochianos exercent."[6]) Sed etiam post hoc Concilii decretum factum esse per diversas Germaniae dioeceses, ut exceptionibus illis non nixi abbates episcopis nesciis exponerent monachos suos, traditur.[7])

Cap. IV.

§ 16.

De vicariis perpetuis et temporalibus, saecularibus et regularibus.

Quamquam saepius in beneficiis plene, quam in minus plene incorporatis factum esse, ut vicarius temporalis et regularis poneretur, negari non potest,[8]) tamen tot in hac re

---

[1]) idem l. c. disp. 3 q. 1 n. 8; Conc. Trid. sess. 7 c. 3 de confirm.

[2]) Tamburini l. c. disp. 23.

[3]) idem l. c.

[4]) Pirhing l. c.

[5]) Distinctionis nota (comma), quae in multis Conc. Trid. editionibus impressis, itemque in ea, qua equidem usus sum (Lips. 1846), inter verba „abbates" et „generales" legitur, in exemplari authentico actorum Conc. Trid. non reperitur. cf. Neller de jur. prim. par. c. 1 § 28 ann.; quare attendenda non est. cf. Bened. XIV. Constit. „Firmandis" § 13; cf. etiam Aem. Richter Can. et decr. C. T. p. 413; Phillips K. R. VII, II p. 1020 n. 5.

[6]) cf. Conc. Trid. sess. 25 de reg. et mon. c. 11.

[7]) Neller l. c. § 30.

[8]) cf. v. Espen P. II. T. 34 c. I n. 38, cujus sententiam non tuear dicentis: „Sicuti ergo ex incorporatione ecclesiarum quoad spiritualia ori-

communia incorporationes mihi videntur habere, ut potius hae ea ratione a me non sejungantur, sed una tractentur, et ea tantum, in quibus divergunt, uti ex ipsa re sequitur, pro se quidque proferantur. Promptum et manifestum est monasteria, capitula etc. maluisse vicarium temporalem et regularem,[1]) quia in his majorem potestatem habebant, et hi victu magis exiguo erant contenti: Episcopi vero potius optabant, qualis vetus quoque ecclesiae erat disciplina, esse cuique ecclesiae proprium et perpetuum presbyterum, quia etiam amovibilitas multa secum ferret incommoda imprimis cum monasteria ipsa vicario sustentationem assignarent.[2]) Quare episcopi omni vi ut tantum perpetui admitterentur, vicarii, consequi studebant. Nec non hoc multis conciliorum et synodorum praescriptum est decretis. Jam Concilium Lateranense sub Innocentio III. papa 1215 celebratum hoc statuit de vicariis, qui in ecclesiis dignitatibus et praebendis perpetuo annexis instituuntur,[3]) et Synodus Moguntina aô 1225 c. 12[4]): „Enormis, inquit, quaedam consuetudo in quibusdam Alemanniae partibus contra canonicas sanctiones invaluit, ut ponantur in ecclesiis conducticii sacerdotes vicarii temporales. Ne id fiat de caetero omnibus modis inhibeamus. Sed cum vicarius poni debet et potest, perpetuus instituatur idque assensu et auctoritate Dioecesani et Archidiaconi loci illius.“ Idemque statutum innovatum reperimus a Concilio Biturigensi aô 1233 c. 11 et 12,[5]) et a Bonifacio VIII. papa in c. un. de cap. mon. in 6to. 3, 18. Neque minus voluerunt Concilia Coloniensia annis 1423 et 1536 habita: „ut saeculares non regulares vicarii in parochialibus eccle-

ginem habent vicarii perpetui et pastores primitivi“ etc. Fortasse v. E. hisce verbis nihil aliud vult exprimere, nisi, quod eod. l. n. 30 dixit pastores primitivos ea de causa primitivos nuncupatos esse, quia primitus ecclesias monasteriis etc. suis incorporatas possidebant tanquam parochi, sed postea, spiritualia ad vicarios perpetuos esse translata, nomen pastoris apud illos remansisse. Saltem haud mihi clare loquitur.

1) Idem l. c. n. 13.

2) Ibid. n. 14.

3) c. 30 X de praeb. et dign. 3, 5.

4) Walter l. c. 12. Aufl. § 148.

5) v. Espen l. c. P. II T. 34 c. l. n. 16, 17.

siis monasteriis incorporatis animarum curam exercerent.[1])“ Sed non multum haec omnia profecerunt, quia partim haec spernentes violentia quadam monachi etc. vicarios temporales institui curantes[2]) mox praescriptionibus nitebantur, partim maximis et variis privilegiis et ab episcopis et a pontificibus Romanis erant praemuniti. Quare etiam teste v. Espen[3]) principes Germaniae inter gravamina Adriano sexto papae exhibita art. 86 de hoc conquesti sunt abusu et Cardinalis Compegius aô 1524 a summo pontifice in Germaniam ad abolendos abusus missus monachos ab ecclesiis parochialibus amovit et nulli eorum parochiam haud exposcente necessitate tradi jussit.[4]) Tandem ss. Tridentina Synodus hunc abusum derogare studens in sess. 7 de ref. c. 7 tale praescriptum proposuit: „Beneficia curata, quae cathedralibus, collegiatis seu aliis ecclesiis vel monasteriis, beneficiis seu collegiis aut piis locis perpetuo unita et annexa reperiuntur, ab ordinariis locorum annis singulis visitentur, qui sollicite providere procurent, ut per idoneos vicarios etiam perpetuos, nisi ipsis ordinariis pro bono ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ... ibidem animarum cura laudabiliter exerceatur.“ Post quod Tridentinum decretum ita res se habet: In ecclesiis minus pleno jure incorporatis, etiamsi ecclesia monasterio fuit collata, sine Apostolica dispensatione regularis institui non poterat.[5])

---

1) cf. F. Guisez diss. jur. eccl. „de clerico regulari beneficior. secular. . . . . sine ven. episc. absolute incapaci“ in Ph. Hedderich dissertt. jur. eccl. vol. I. Bonnae 1783 § 6 p. 279 cf. multa exempla ap. Hinschius K. R. l. c. p. 326 n. 5.

2) Guisez l. c. § 1 p. 273; cf. Hinschius K. R. l. c. p. 284.

3) l. c. n. 19.

4) Guisez l. c. § 6 p. 279 n. c.

5) Memorabilem verborum usum notat Helfert l. c. § 136 in imperio Austriaco valentem: „Bei uns heissen insbesondere die einem geistl. Orden einverleibten Pfarren, wenn sie mit Ordensgeistlichen besetzt werden Ordenspfarren, muss aber der Orden einen Weltpriester praesentiren, so heissen sie Ordenspatronatspfarren, sie mögen dem Orden zugleich quoad temporalia incorporirt sein oder nicht“; cf. Schmalzgrüber l. c. III, 5 n. 28 et declarationem congreg. Concilii ap. Schloër l. c. c. I § 11: „Quoad Regulares diversorum ordinum responderunt eminentissimi P. P.: si agatur de ecclesiis quoad temporalia tantum unitis, in quibus superiores regulares habent duntaxat jus praesentandi, tunc ipsos debere praesentare perpetuum rec-

In ecclesiis pleno jure incorporatis etiam sine Apostolica dispensatione regulares, qui sunt ad nutum amovibiles, institui possunt,[1]) si parochus principalis regularis est.[2])

Possunt autem in incorporatione minus pleno jure facta vicarii saeculares temporales,[3]) in ecclesiarum vero plena incorporatione vicarii saeculares temporales et regulares hisce conditionibus institui: Primum, si propter ecclesiae bonum regimen ita episcopo salubre videbitur. Hanc quidem exceptionem Neller (l. c. § 4) unicam esse contendit. Sed in hoc, quod etiam alii sunt arbitrati,[4]) erravit. Verum praeterea hae exceptiones sunt notandae: Si ecclesia incorporata est pacto vel concordia a sede Apostolica approbata cum clausula: ut deserviri possit hujusmodi beneficio per vicarium ad nutum amovibilem. Deinde, si ex privilegio remunerationis causa concesso beneficium incorporatum est cum clausula ponendi vicarium temporalem et, si post Tridentinum Concilium privilegium dedit papa in incorporatione ponendi vicarium temporalem.[5]) Controversia denique est inter canonistas, utrum inter has exceptiones etiam sit referenda praescriptio temporis immemorialis necne. Garcias[6]) defendit sententiam opinantium concilium etiam de-

---

torem saecularem dioecesano ordinario." cf. etiam Benedicti XIV. constitutionem: „Quod inscrutabili" de aô 1745 de canonicis regularibus.

1) Jus monasterii regularem sui ordinis instituendi vocant jus exponendi, et vicaria talis expositura vocatur.

2) Schmalzgrüber l. c. n. 29; Pirhing n. 218.

3) Fösser l. c. p. 404 cum de incorporatione minus plena disserat, tantum: „quoniam igitur, ait, ecclesia per parochum amovibilem haud debet administrari, nisi speciali privilegio a papa concesso etc." Hoc rectum est, quod ad regulares attinet vicarios. Quare vero non vicarius saecularis temporalis poni potest? Verba Conc. Trid. citata non solum plenam, sed minus plenam quoque incorporationem respiciunt, cum verba generalia sint. Neller l. c. c. 2 § 8, neque pugnat contra hanc sententiam s. Congreg. Conc. decretum ap. Schloër jam p. 46 n. 5 citat.; cum tota quaestio de vicariis saecularibus et regularibus, non de saecularibus perpetuis et temporalibus esset; quam ob rem vim sententiae in verbo „saecularem" ponenda est.

4) Fösser l. c. p. 408.

5) cf. decl. Congr. Conc. in Ratisbonn. 23. Aug. 1721 ap. Richter: Can. et decr. C. T. p. 53 n. 15. Illas exceptiones iisdem fere verbis proferunt: Ferraris l. c. n. 10—13; Schmalzgrüber n. 196; Fösser p. 408 et Phillips l. c. § 386 etiam cfs.

6) Garcias l. c. P. 11 c. 2 n. 7; quem secutus est Fösser.

rogasse immemoriali praescriptioni et asserit ita censuisse s. Congregationem Concilii. Contrariam tenent opinionem Ferraris, Schmalzgrüber, Reiffenstuel, alii, quae etiam mihi videtur esse proferenda, cum Concilium nihil loquatur de consuetudine immemoriali, et uti recte mihi videtur advertere Schmalzgrüber,[1]) illius consuetudinis derogatio indigeret speciali mentione. Attamen, uti etiam s. Congregatio episcoporum et regularium decrevit,[2]) si parochiae administratio regularibus fuerit concessa tempore belli vel penuria sacerdotum saecularium durante, nullum jus iis tribui potest se, cum cessaverit causa, diutius in administratione confovendi: sed statim causa cessante regulares ad ordinarii voluntatem administrationem dimittere debent.

Quamvis vero illae adsint exceptiones tamen sine Apostolica dispensatione temporales vicarii non possunt institui, si literae vel longissimi temporis praescriptio hoc impediunt.[3])

Concilium autem in prima exceptione non plenam episcopis dedit licentiam vicarios instituendi perpetuos ex suo libero arbitratu atque libidine seclusis idoneis regularibus, sed tantum ecclesiae bonum regimen respiciendum est.[4]) Quare etiam datur appellatio, si iis, quorum interest, regimini ecclesiae melior esse videtur vicarius nutu amovibilis, quae vero appellatio nullum suspensivum, sed devolutivum effectum habet.[5]) Brevi tempore post Concilium Tridentinum dissidia orta sunt inter episcopos et religiosos, cum illi saepissime nulla ordinis ratione habita vicarios perpetuos instituerent; imprimis ordo S. Joannis et episcopi inter se discordabant.[6]) Cui quidem ordini Pius V. papa in bulla:

---

1) l. c.

2) Schloër l. c. c. 1 § 11 ad calcem; Garcias l. c. P. 7 c. 10 n. 32.

3) Helfert l. c.: „Auf Ordenspfarren, wo bisher Weltgeistl. bestanden haben, kann er bei Erledigung derselben keine Ordenspriester aussetzen."

4) Quod Gregorius XIII. papa expressit cf. Fagnani l. c. l. 3 de stat. mon. c. quod dei timorem n. 15: „Sanctitas sua die 2. December 1575 audita relatione visa est sentire Conc. Sess. 7 c. 7. non ita clare dare arbitrium Ordinario ponendi, quos velit vicarios perpetuos etiam ad exclusionem regularium, qui alias idonei essent."

5) Ita verba Conc. Trid. intelligenda esse videntur. cf. Neller l. c. c. 2 § 4 ann. Schmalzgrüber l. c. n. 197. — 6) Phillips l. c. § 386 p. 357.

„ad exsequendum“ (aô 1567) § 4 jus dabat vicarium perpetuum ab episcopis instituendum nominandi.[1]) Item ejusdem bullae in § 5 ita pergit: „Si dictae parochiales unitae erunt monasteriis regularium mendicantium, possint a superioribus dictorum monasteriorum nominari ex ipsis mendicantibus: quos si Ordinarii praevio examine, per se aut eorum vicarios faciendo, idoneos ad curam animarum exercendam invenerint, et ita pro idoneis approbaverint, teneantur in Vicarios, ad nutum tamen Superiorum suorum amovibiles, deputare. Idemque etiam servetur in regularibus monachis tantum, dummodo in ea parochiali, in qua unus ex monachis fuerit, servata forma praedicta, vicarius deputatus, habitent cum eo saltem quatuor alii ex dictis monachis.“[2]) Quod vero generale privilegium Gregorius XIII. papa aô 1573 bulla, quae incipit: „In tanta rerum“ revocavit pristinumque rerum statum restituit. Hoc modo etiam illud, quod Pius V. extendit juris antiqui canonici praeceptum: ne monachi singuli ponantur in ecclesiis, sed secum habeant socios,[3]) restauratum est. Idemque etiam in canonicis regularibus, si commode fieri potest, observandum est.[4]) Attamen jam aô 1588 rursus Sixtus V. papa „congregationi S. Benedicti totius Regni Portugaliae concessit, quod paroeciales ecclesiae, quae per Monachos solitae sunt curari, ad vitam ipsorum per Presbyteros saeculares vel etiam per monachos ad nutum amovibiles curentur, constituto eis salario decente ab ordinariis locorum bene viso.“[5]) Saepissime exceptiones,[6])

---

[1]) cf. Fagnani l. c. — [2]) cf. Neller l. c. c. 2 § 5 ann.

[3]) cf. de hac constitut. Gregorii Neller l. c. c. 2 X de statu mon. et can. reg. 3, 35 statuerat: „monachi . . . . ne singuli per villas et oppida per quascunque parochiales ponantur ecclesias, sed in majori conventu aut cum aliquibus fratribus maneant neve soli inter seculares homines spiritualium hostium conflictum exspectent“ etc. Ph. Sleevogt: „De unione eccles. et benefic. dissertt. IV. Jenae 1688 p. 147 dicit Gregorium decrevisse unum sufficere socium.“ cf. Pirhing l. c.: „ut solus ibi non habitet, sed cum socio sui ordinis.“ Helfert l. c. p. 198: „Bei den Ordenspfarreien sollen immer mehrere, wenigstens 3 zusammen sein, um eine Art Gemeinschaft u. Abhängigkeit von einem Obern zu bewirken“. cf. etiam declar. s. Congreg. Concil. Aliphana 12. Jan. 1726 et in Assisien. 26. Nov. 1709 et 24. Mai 1710.

[4]) c. 5 X h. t. — [5]) Tamburini l. c. Tom. III. disp. 9 q. 19 n. 1.

[6]) cf. v. Espen l. c. T. 34 c. 1 n. 24, qui, postquam n. 23 protulit

quamquam generatim jus esse episcopis vidimus semper fere, si non aliter ipsis expedire videatur, perpetuos postulandi vicarios, statutae sunt, et usu res eo venit, ut in ecclesiis plene incorporatis monasteriis vicarii ad nutum amovibiles regulares instituerentur.[1])

In incorporatione plenissima, cum episcopis prorsus omne jus in ecclesia denegetur, etiam plenam habere monasterium potestatem de vicario instituendo, utrum temporalem saecularem, an perpetuum an regularem velit exponere, clarius est, quam quod multis ostendatur.[2])

Pars II.

§ 17.

Jura temporalia.

Per omnes incorporationis species illi, cui incorporatur, corporationi vel beneficio incorporati beneficii temporalium universitas transfertur, sequiturque hoc ex ipsa incorporationis natura et fine.[3]) Et si illa, qua utitur Fösser,[4]) incorporationis cum successione per universitatem comparatio qua ratione est apta, tum imprimis, quod ad temporalia attinet, probari laudarique debet. Neque male incorporationis quoad temporalia effectus conferri licet, cum minimae antiquioris juris Romani capitis deminutionis hominis sui juris

regium edictum in Gallia 1686 editum ad sublevandum effectum Concilii Trid.: „Que les Curés, qui sont unies à des Chapitres ou autres Communautez ecclesiastiques et celles, ou il y a des curés primitifs, soient deservies par des Curez ou des Vicaires perpetuels, qui seront pourvues en titre, sans quel'on y puisse mettre à l'adveuir des Prestres amovibles sous quelque pretexte, que ce puisse estre“ adjicit postea ad supplicationem Canonicorum regularium declaratum fuisse illo edicto non comprehendi ecclesias parochiales incorporatas Monasteriis et communitatibus, quibus ipsae communitates per suos deservirent presbyteros. „Ces communautez“, uti refert Michael du Perray, „sont les chanonics reguliers de l'Ordre de saint Augustin, les Premonstrez, les Prestres de l'oratoire et les prestres Missionaires.

1) Benedict. XIV. l. c. L. VII. c. 65 n. 2.
2) cf. etiam Phillips Lehrb. (1871) p. 141.
3) Neller l. c. c. 3 § 1.
4) Fösser l. c. § 12 p. 415.

effectibus.[1]) Qua ex successione in omnia temporalia etiam sequitur, ut in omnibus, quod jam memoravi, incorporationibus a monasteriis etc., ut vicarius de temporalibus rationem exhibeat, possit exposci, qui vicarius per se nullum in temporalibus parochiae jus habet.[2])

Sed cum hac in universitatem temporalium successione monasterium etiam onera beneficii incorporati debet in se recipere. Ergo in id transit obligatio vicarium, qui pro beneficio instituatur, oportet, sustentandi. Neque male haec obligatio cum legato heredi imposito comparatur[3]) et quidem cum legato alimentorum. Quum vero prioribus saltem temporibus plenam haberent de sustentatione vicario praestanda libertatem itemque temporalem vicarium eligendi vicarium monasteria, saepenumero maxima inde damna ecclesiae manaverunt. Namque monasteria etc., saepissime divitiarum opiumque saecularium cupida, quam arctissimam vicario sustentationem dare studebant,[4]) eumque, qui brevissimas afferebat postulationes, vicarium eligebant; quare rudes saepe atque inculti inhabilesque greges rexerunt,[5]) qui, quod jam S. Joannes hisce exprimit verbis: „Mercenarius autem et, qui non est pastor, cujus non sunt oves propriae, videt lupum venientem et dimittit oves et fugit,“ curam animarum parvi pendebant,[6]) vel, si quis minus mercedis postulans exsistebat, ille, qui adhuc erat vicarius, removebatur. Quae frequens mutatio animarum rectorum in summum animarum totiusque ecclesiae salutis detrimentum cecidit. Vel etiam, si quando aptior erat ad gregem regendum vicarius, saepissime non eam, quae ei summa erat promissa, accipiebat, vel tam mediocris haec

---

1) Böhmer l. c. l. 3 T. 38 § 49.

2) cf. Rotae decisionem nro. 102 ap. Tamburinium l. c. T. III. p. 436. n. 5.

3) Fösser l. c. p. 416.

4) Neller de jur. prim. par. c. 3 § 7; Hinschius K. R. l. c. p. 284.

5) cf. c. 30 X. de praeb. et dignit. 3, 5 verba: „unde fit, ut in his regionibus nullus inveniatur sacerdos paroecialis, qui ullam vel mediocrem habeat peritiam literarum.“

6) cf. Heyne l. c. Bd. III p. 537, qui hoc asserit de dioecesi Vratislaviensi et adjicit has miserias efficisse, ut multae in hac dioecesi parochiae transferrentur ad ecclesiam protestanticam, vel vicarii saltem hanc fidem profiterentur.

iis erat assignata, ut ad turpes et sordidos quaestus confugere „cibumque vicatim discurrendo emendicare“ cogerentur vel parochianis oneri essent in sacramentorum administratione pecuniam exigentes, et ita reverentia quoque iis minueretur.[1]) Quibus malis commoti, cum „non debeat os bovis ligari triturantis, sed, qui altari servit, etiam de altari vivere debeat,“[2]) episcopi diligentissime sustentationi vicario competenti praestandae, ut consulatur, efficere studuerunt, neque non sacri canones huic pesti abominandae finem ponere conati sunt. Jam concilium Juliobonense aô 1080 a Guilelmo Anglorum rege cum episcopis et proceribus Normanniae celebratum vicario dedit potestatem vel degendi vitam una cum monachis intra monasterium vel extra hujusce moenia versandi tumque victum poscendi a monachis; et in hoc casu episcopi monachos cohortarentur, ut illi res ad victum cultumque necessarias praeberent.[3]) Itemque Alexander III. papa 1170 Vigoniensi archiepiscopo talia scripsit[4]): „De monachis, qui vicarios gravant, ut hospitalitatem tenere non possint, providentiam habes, quod ad praesentationem monachorum nullum recipias, nisi tantum ei de proventibus ecclesiae coram te fuerit assignatum, unde jura episcopalia possit persolvere et congruam sustentationem habere.“ Quam quidem congruam portionem postea a monasteriis minui non posse idem Alexander aô 1175 Vintoniensi episcopo rescripsit.[5]) Haec praecepta etiam Lateranense IV Concilium 1215 c. 32 hisce verbis innovavit:[6]) „Statuimus, ut, (consuetudine qualibet episcopi vel patroni seu cujuslibet alterius non obstante) portio presbyteris ipsis sufficiens

---

[1]) v. Espen l. c. P. II. T. 1 de Sacrament. in genere c. 3 n. 15. cf. Richter l. c. 6. Aufl. § 45 p. 149: „Davon (sc. Incorporationum prioribus temporibus factarum) war die Folge, dass in unzähligen Fällen eine Miethlings-Verwaltung eintrat, unter der das kirchl. Leben oft verödete und erstarb“; Wetzer u. Welte l. c.; Hinschius l. c. p. 284.

[2]) c. 30 X de praeb. 3, 5.

[3]) v. Esqen l. c. P. II T. 34 c. 4 n. 28; Phillips K. R. VII, I § 384.

[4]) c. 12 X de praeb. 3, 5.

[5]) c. 3 X de offic. vicarii 1, 28.

[6]) c. 30 X cit.

assignetur." Idemque jubet Concilium Viennense sub Clemente V aô 1311 celebratum:[1]) „Dioecesanis, inquiunt patres, sub obtestatione divini judicii districtius inhibentes, ne praesentatum aliquem per quamcunque personam ecclesiasticam, jus praesentandi ad ecclesiam habentem, admittant, nisi intra certum terminum competentem, per dioecesanos ipsos praesentantibus praefigendum, ipsi praesentato fuerit coram eis congrua de proventibus ecclesiae portio assignata. Quam si forsan iidem praesentantes intra terminum ipsum assignare neglexerint, ne factum eorum noceat praesentato, statuimus, ut extunc dioecesani debeant praesentatum (nisi aliud canonicum obsistat) admittere et in poenam praesentantium ad dioecesanos ipsos potestas assignationis hujusmodi devolvatur." Quam quidem assignationem concilium episcopis praescribit neque odio fieri neque favore. Idemque jubentia adhuc alia multa et conciliorum et paparum et episcoporum invenies praecepta.[2]) Quare etiam in bullis incorporationum haec, uti canonistae tradunt, invaluit clausula:[3]) „Reservata tamen de fructibus, reditibus, obventionibus pro vicario perpetuo in iis instituendo congrua portione, ex qua idem vicarius commode sustentari valeret, jura episcopalia solvere et alia sibi incumbentia onera supportare" Quia vero illa, quae protuli, ecclesiae praescripta minime plenum effectum sortita erant, s. Concilium Trid., ut monasteria rigidum coram deo onus portent dandae vicariis sustentationis integrae, quae portio etiam congrua vel sufficiens vel competens vel competentia[4]) vel vicaria quoque[5]) nominatur, et ut ordinarii hanc assignandam curent, repetivit hoc modo:[6]) „Ordinarii solli-

---

[1]) cl. 1 de jur. patron. 3, 12.

[2]) v. g. c. 2 X de suppl. negl. prael. 1, 10; c. 1 de praeb. in 6to. 3, 4; Conc. prov. Fritzlariae habit. aô 1246 Tit. 9 de vicar. perpetuis; cf. Neller l. c. c. 3 § 7 ann.; Hinschius K. R. l. c. p. 326 n. 7, 8.

[3]) P. Rebuffus: Praxis benef. ad regul. Cancell. de Unione glossa 11 n. 16. v. Espen l. c. c. 3 n. 2; exempla cfs. ap. Heyne Bd. I. p. 1024, Bd. II. p. 704, 749, 795, Bd. III. p. 994, 1134.

[4]) cf. v. Espen l. c. c. 1 n. 38.

[5]) (Adelung): Glossar. manuale Tom. VI. Hallae 1784 s. v. vicaria.

[6]) Conc. Trid. sess. 7 de ref. c. 7.

cite providere procurent, ut per idoneos vicarios etiam perpetuos . . . ab eis cum tertiae partis fructuum aut majori aut minori, arbitrio ipsorum ordinariorum, portione etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur." Non igitur certam pecuniae summam s. Concilium congruam vicarii sustentationi assignandam esse censuit, sed obiter tantum eam, quanta esse debeat, computavit, tertiam circiter fructuum partem complecti debere decernens et episcopis hunc modum augendi minuendique potestatem fecit. Quod quidem saluberrimum. Nam cum sufficere debeat portio sustentando vicario pro diversis temporibus, locis, personis etiam portio congrua diversa sit, necesse est, et melius ea per episcopos dioecesanos vel per synodos particulares, quam per generalis concilii decretum orbi toti terrarum datum determinabitur. Sicque refertur[1]) aô 1570 synodus Mechliensis et altera synodus sub Hovio taxasse portionem congruam nimirum salvo jure episcopi eam moderandi. In Gallia idem a regibus factum est.

Sed quum post Tridentinum Concilium saepissime monasteria etc. conquererentur, quod episcopi hac assignandi potestate abuterentur et saepe tantum assignarent, ut vix quidquam monasteriis remaneret, Pius V in constitutione: „Ad exequendum" § 2, 3: „voluit patriarchas, archiepiscopos et episcopos in assignatione portionis ipsis vicariis perpetuis ex concilio Tridentino ipsorum praelatorum arbitrio facienda ita se continere et arbitrari debere, ut non major centum nec minor quinquaginta scutorum annuorum summa computatis omnibus etiam incertis emolumentis et aliis obventionibus communiter percipi solitis eis omnino assignetur, nisi vicariis solitum fuisset, plus assignari, sive in quantitate aut quota fructuum, pecuniaque numerata, fundo seu alia re stabili portio hujusmodi constituatur, cujuscunque valoris parochialis ipsa unita fuerit.[2]) Sed Gregorius XIII in bulla:

---

1) v. Espen l. c. c. 2 n. 5.

2) cf. Neller l. c. § 10 ann. 2; Sleevogt p. 148; Fagnani l. c. c. de cler. aegrot. c. de rector. n. 9; Phillips K. R. VII, I § 386.

„In tanta rerum" aô 1573, cum, uti Gregorius ait, pontifex Romanus in tanta rerum negotiorumque mole vix vitare possit, ne aliqua interdum exsiliant, quibus postea recognitis necesse est moderationem adhibere, itaque etiam Pius V sit conquestus multa a se alio sensu esse probata, quam literis essent expressa, hanc, uti alias omnes literas et constitutiones Pii V iisdem de rebus omniaque et quaecunque in iis contenta abrogavit et pristinum statum reduxit.[1]) Quam Gregorii resulutionem Benedictus XIV in constitutione: „cum semper" renovavit.[2]) Secundum has constitutiones et perpetuis et temporaneis[3]) vicariis portio congrua tertiae partis, uti jam Tridentinum voluit, vel majoris vel minoris fructuum etiam super certa re assignetur, oportet, quod quidem posterius arridet Espenio,[4]) quia tali modo vicarius liberius animarum curam gerere possit. Desumenda est portio congrua ex parochiae fructibus; quum vero monasterium per incorporationem in beneficii incorporati bonorum et proventuum universitatem succedat, bona monasterii a beneficii incorporati bonis nullo modo jam discerni ac separari debent, et sequitur, ut si beneficii incorporati proventus non sufficiant, ad monasterii bona illa portionis congruae solvendae obligatio transferatur.[5]) Et hoc quidem etiam fit, si monasterium etc. clare probet et demonstret bona beneficii incorporati non sufficere.[6]) Cujus regulae hae statuendae sunt exceptiones: Si monasterium clare et evidenter probet beneficia incorporata nullos prorsus habuisse reditus, quando fuerunt incorporata, vel beneficii incorporati bona universa

---

[1]) Neller l. c. § 10.

[2]) cf. Phillips l. c.

[3]) Quod expresse Benedictus XIV. de temporaneis postulavit teste Phillips l, c.

[4]) l. c. c. 5. n. 21 sq.; Schulte „certam rem" non male vertit: „Grundrente". cf. eum l. c. p. 191.

[5]) cf. in Archiv f. kath. K. R. v. Vering Bd. XXIV. (n. F. Bd. XVIII.) 1870. Mainz: Die Kirchenbaulast des Fiscus in Folge der Saecularisationen mit besonderer Rücksicht auf Preussen, qui p. 114 citat Reiffenstueli vocem. cf. etiam sententiam judicii II instantiae Arnsbergensis p. 112 itemque decretum regni Borussici summi tribunalis. ibid.

[6]) cf. ibid. de Albertis sententiam p. 114.

impensis in beneficium ipsum collatis esse absumta. Quod vero clare est demonstrandum.[1]) Nullo vero modo, si in parochiae incorporatione, reditus ejus tantum ad vicarium sustentandum sufficiant, praeferatur pastor primitivus vel principalis, et potius hic egeat, „qui pascitur ab ovibus, quam ipse vicarius indigeat, qui oves pascit.[2])" In assignanda portione, ratio ducenda est[3]) et temporis et loci, parochiae amplitudinis, numeri familiarum parochiae; nec non attendenda est pauperum parochiae multitudo, quia rector ecclesiae hospitalis esse debet erga pauperes.[4]) Itemque veniunt in aestimationem jura episcopalia,[5]) quae solvere debet vicarius. Semel assignata portio non facile potest minui, neque in re certa assignata etiamsi fructus sint rariores,[6]) quia, uti ait Neller, assignatione acceptata vicariae nomine portio transit in dotem et jus vicariae. E contrario, si portio jam non sufficiat, et vicarius eos, quos debet sumtus tolerare non possit, quamquam ipse portionem congruam non potest augere, tamen arbitrio ordinariorum augmentum peti potest,[7]) neque transactio obstat et ne juramentum quidem vicarii de competentia non sufficiente non molestando.[8]) Si de portione congrua lite agatur, debet provisionalis fieri adjudicatio vicario, ne interea vitae usibus egeat.[9]) De

---

1) vide declarationem s. congreg. Conc. de die 27. Mart. 1594, quam refert Fösser l. c. p. 403; cf. etiam sententiam ap. Seuffert: Archiv f. Entscheidungen. Bd. XIV. Münch. 1861 p, 255, 56; cf. v. Reinhardt: Ueber kirchl. Baulast. Stuttgart. 1863 p. 64; M. Permaneder: Die kirchl. Baulast. Münch. 1856 p. 64, 65; et Archiv für k. K. R. l. c. ibid., ubi refertur judicium II instantiae Paderbornense easdem rationes esse secutum in sententia de die 7. Oct. 1864. Item enim, sicut in assignanda portione congrua, res se habet in ferendo onere aedificandi.

2) Fagnani l. c. c. exposuisti (in l. 3 T. 5) n. 9; v. Espen l. c. c. 4 n. 30.

3) Latius de hac re v. Espen l. c. c. 2; cf. etiam Helfert l. c. p. 794 sqq.

4) c. 2 X de suppl. negl. prael. 1, 10; c. 12 X de praeb. 3, 5; v. Espen l. c. n. 8; A. Barbosa l. c. l. 3 T. 5 n. 2; Ratzinger l. c. multa affert decreta in hoc spectantia v. g. p. 136.

5) c. 12 cit.; c. 2 § 2 de decim. in 6to. 3, 13; Barbosa l. c. n. 3; cujus rei ut ratio habeatur, in incorporationis bullis etiam expresse postulatur. cf. Heyne Bd. II p. 749; Bd. III p. 994.

6) c. 3 X de offic. vicar. 1, 28; Neller l. c. § 9; v. Espen l. c. c. 5 n. 23—28.

7) Tamburini l. c. T. 3 disp. 9 q. 19 n. 2 i. f.

8) v. Espen l. c. c. 5 n. 11; Neller l. c. § 8; Phillips l. c.

9) v. Espen l. c. c. 5 n. 2—7; qui etiam refert ita synodum Mechliensem et Cameracensem decrevisse.

portione ab episcopo assignata emolumenta detrahi possunt, quae habet vicarius ex parochia v. g. decimae novales,[1]) minutae, proventus beneficii ecclesiae parochiali uniti,[2]) quibus ipse fruitur. Praeter haec certa emolumenta etiam incerta sunt imputanda in portionem congruam. De his vero illa tantum, quae ad certam redigi possunt summam, nec vero ea, quae „ex liberalitate plebis pendulae“ dantur,[3]) quia haec difficilimum est aestimare, et rectores ea quam maxima exigentes oneri essent parochianis, quod jam reprobavit Synodus Coloniensis aô 1536.[4])

Praeter portionem congruam monasteria etc., quae fructus beneficii incorporati tenent, vulgo aedificia ecclesiastica reparare coacta sunt[5]) itemque etiam paramenta altaris ecclesiae incorporatae omniaque ejus sacra utensilia in statu integro servari restaurarique debent,[6]) et hujusce regulae eadem sunt notandae exceptiones, quae supra in onere congruae portionis; praeterea vero: si vicario propter magnam portionem congruam ei assignatam obligatio fabricae conservandae sit imposita, sed etiam hac conditione tantum pro rata portione vicarius conferre tenetur.[7]) Neque minus, si propter amplitudinem parochiae vel locoruum difficultatem opus sit novam erigere capellam vel ecclesiam, ut, quod Con-

---

1) Neller l. c. § 4, 5, 6; v. Espen l. c. c. 6 n. 5, 6.

2) v. Espen l. c. n. 8.

3) veluti, quae dantur in administratione extremae unctionis vel s. viatici vel „eleemosynae altaris et funerum,“ uti ait declar. Congr. C. T. Papien. 2. Mai 1722. (Richter: Can. et decret. l. c. p. 54 nro. 22).

4) cf. v. Espen l. c. c. 6.; qui narrat etiam synodum Mechliensem decrevisse talia incerta tantum accidentalia esse imputanda, quae tribus aut quatuor annis ultimo praeteritis respectis ad certam summam redigi possunt; Phillips l. c.; contrariam sententiam defendit Reiffenstuel l. c. l. 3 T. 37 n. 13 sqq.

5) Hoc sequitur ex Conc. Trid. sess. 21 de ref. c. 7 et ita decrevit s. congreg. Conc. in Clusin. 22. Sept. 1725: sumtibus monasterii, cui parochia incorporata sit, reparandam esse ejus ecclesiam teste Fösser l. c. p. 403 n. 7 cf. scripta de hoc onere jam p. 55 n. 5, p. 56 n. 1 et Richter Lehrb. 6. Aufl. § 319 p. 984.

6) Pirhing l. c. n. 219.

7) Pirhing l. c. cf. Fösser l. c.; Phillips, Lehrb. d. K. R. (1871) p. 475, qui citat: De Albertis: De sacris utensilibus c. 12 n. 160 et congreg. Conc. Capuan. aô 1631.

cilium Tridentinum (sess. 7 c. 7 de ref.) jubet, laudabiliter exerceatur cura, ad aedificandi onus vocantur pastores principales vel primitivi.[1]) Et si in hoc casu vel alias, quando propter magnum populi numerum necesse sit, unum sibi vel plures adjungat vicarius capellanos,[2]) ut sufficiant ad administranda sacramenta et divinum cultum celebrandum,[3]) monasteria tantum debent concedere, ut hi capellani possint sustentari.[4]) Quod si monasterium vel non possit vel non est obligatum haec omnia ferre, tum ad beneficia unienda seu incorporanda, symbola et collecta parochianorum aliaque remedia est confugiendum.

Neque mihi ab loco esse videtur memorare quindemnium illud tributum vel pensionem, quae papae vel apostolicae camerae decimo quinto quoque anno solvi debebat pro beneficiis incorporatis a monasteriis et aliis communitatibus in locum annatarum. Quae annatae in omnibus beneficiis solvuntur in permutatione beneficiarii et complectuntur fructus omnes primi anni vel dimidiam eorum partem.[5]) Quia igitur beneficia monasteriis et aliis communitatibus incorporata nunquam vacant (quod quamquam etiam in beneficiis aliis beneficiis incorporatis cadit, tamen, cum ex his annatae solvuntur, jam illorum fructus computantur) talique modo papae illae annatae detrahebantur aô 1469 a Paulo II. papa, cum persaepe fierent incorporationes, per constitutionem: „Decet Romanum" introducta sunt quindemnia,[6]) quae etiam e fructibus anni unius vel dimidia eorum parte consistunt. Quae, cum ante Sixtum V papam ex beneficiis tantum, quae

---

[1]) Fagnani l. c. l. 3 de eccl. aedific. c. ad audientiam n. 21, qui ait ita decrevisse s. Congreg. Conc. in casu Novariensi.

[2]) Quod factum esse refert in parochia quadam praelaturae decani capituli collegiati Oppoliensis incorporata Heyne Bd. I p. 833.

[3]) Quod Conc. Trid. sess. 21 de ref. c. 4 episcopos curare jubet. cf. etiam Hinschius K. R. l. c. p. 319 et ibid. in n. 6 constitution. Innocentii III.

[4]) v. Espen l. c. c. 12—17; Seuffert l. c. Bd. IX. München 1855. p. 68 nro. 54; Bd. V., 52.

[5]) Introductum hoc tributum est jam ab Joanne XXII. in nonnullis casibus per c. 12 X vag. de praeb. 3, 2, extensum a Bonifacio IX.

[6]) cf. Phillips K. R. Bd. V, Abthlg. II. Regensb. 1857 p. 581; cf. etiam c. 4 de annat. in VII, 2, 3.

sedis apostolicae auctoritate incorporata fuerunt, solverentur, per hunc papam omnibus imposita sunt beneficiis.[1]) Pius V papa in constitutione: „Ad exsequendum" quindemnia inter vicarium et monasteria pro portione rata dividebat.[2]) Quod vero haud, ut mihi videtur, aequum praescriptum sublatum est a Gregorio XIII bulla jam citata „In tanta rerum." Ceterum in Germania paucissimis locis quindemnia solvebantur.[3])

Neque silentio praetermittam regularem, qui vicarii munere in parochia incorporata fungebatur ex more monasterio summam quandam pecuniae, „Absenzgeld" vocatam, solvisse.[4])

Sectio IV.

§ 18.

De odio, coercitione et dissolutione incorporationum.

Quamquam, uti supra est dictum, incorporatio utilitatis et necessitatis causa tantum fieri debet: tamen etiam hic abusus minime aberant. Jam locis suis horum de nonnullis disputavimus: altarium redemtionibus, temporalium et conducticiorum vicariorum abusivis institutionibus, parcis iis assignatis reditibus, magnis laicorum superbiis et licentiis. Neque minus monachorum violationis juris episcoporum non fecimus nullam mentionem. Quare etiam multa et acerbissima propter incorporationes inter abbates aliosque primitivos principalesque parochos et episcopos efferbuerunt dissidia.[5])

---

[1]) cf. Tamburini l. c. T. I p. 90 q. 3.
[2]) cf. Phillips Bd. VII, I § 386.
[3]) Phillips Bd. V, p. 582.
[4]) Phillips Bd. VII, II p. 887 i. f.
[5]) Thomassin l. c. II, 1, 36, VI; Phillips Bd. VII, I § 384: „Bei Erörterung dieses Gegenstandes (explicationis incorporationum) kann man sich dessen nicht entschlagen, das etwas dornige Gebiet der Misshelligkeiten, die das Verhältniss zwischen Bischöfen und Klöstern oft getrübt haben, mit einem Fusse wenigstens zu betreten." Triste exemplum profert Heyne l. c. p. 529 de dissidio inter episcopum Vratislaviensem et fratres sacri militaris ordinis crucigerorum cum rubra stella hospitalis S. Matthiae, cui ecclesia parochialis ad S. Elisabeth incorporata fuit, de jurisdictione in hac ecclesia.

Item etiam inter monachos, qui exemtionibus vulgo nitebantur et parochos vicinos discordiae non aberant.[1]) Deinde periculum saepissime curae animarum ex parochialium ecclesiarum incorporationibus imminebat, imprimis cum tam saepe incorporationes fierent;[2]) neque infitias iri potest etiam quasi injuriam quandam esse, si reditus beneficio cuidam destinati non ab eo, qui hujusce officium administrat, tenentur, sed ab universitate vel alio beneficiario, quod etiam s. Bernardus monachis hisce verbis reducit in memoriam[3]): „Qua audacia, o monachi, praesumitis seu vinum de vinea, quam non plantastis, seu lac de grege, quem non pascitis? Quo pacto ibi exigitis, ubi nihil exhibetis? Certe, si ita vultis, baptizate nascentes, sepelite morientes, visitate jacentes, copulate nubentes, instruite rudes, corripite delinquentes, excommunicate contemnentes, absolvite resipiscentes, reconciliate poenitentes et in medio denique ecclesiae aperiat os suum monachus, cujus officii est sedere et tacere. Sic fortassis dignum se probabit mercenarius mercede sua. Alioquin invidiosum admodum est velle metere, ubi non seminaveris: sed est colligere, quod alius sparserit, etiam injuriosum.“ Et s. Ivo Carnotensis ad Urbanum II (epistola 12) scribit[4]): „Multa video fieri inordinata in domo dei, quae me torqueant, maxime, quod apud nos, qui altari non serviunt, de altari vivant.“ Neque parvum monachis ipsis afferebat saepissime incorporatio periculum. Nam monachi, „quibus professio et antiquorum monachorum exempla victum ex propriis praescribunt laboribus,“[5]) beneficiorum persaepe largissimos accipientes reditus a pristina aberrabant simplicitate, in luxuriam se effundebant,[6]) et, quo majora

[1]) cf. Heyne l. c. p. 270, qui refert de discordia inter Benedictinos et parochum in urbe Neumarkt; idem Bd. II p. 86—111 late disserit de controversia, quae de jurisdictione orta est inter clerum silesiacum et ordinem fratrum minorum; cf. etiam Hinschius l. c. p. 300 n. 5.

[2]) Walter l. c. (14. Aufl.) § 171; Hinschius l. c. p. 284 n. 5.

[3]) Leguntur haec eximia egregiaque verba ap. Neller: de gen. idea c. 1 § 4 ann.

[4]) vide v. Espen l. c. P. II T. 33 c. 5 n. 18.

[5]) Idem n. 29.

[6]) Quod jam Jac. de Königshoven in cit. chronico edito a Schiltero

accipiebant, eo majora consequi studebant, et „si procurarant boni viri, ut ecclesiae unirentur mensae illorum, ut ex fructibus vivere possent, scelesti quidam trahebant ad canes, ut majorem numerum canum et falconum alerent, quam pauperum et non observabant, quod, postquam ad mensam est unitum, ad hominum mensam unitum censetur, non canum, quibus mensa non est necessaria."[1]) Interque ipsos monachos hoc periculum haud parvi pendentes eo nonnulli procedebant, ut „abbates decimas possidentes esse in statu damnationis crederent atque propterea probos monachos se ab iis separare debere et monasteria deserere,"[2]) et v. g. J. Nider ordinis Praedicatorum radicem lapsarum religionum apud quosdam monachos parochiarum incorporationem vocabat.[3]) Quin etiam abbas quidam ipse „cum reperiret suum monasterium multarum ecclesiarum parochialium esse plebanum bullas confectas desuper omnes scalpello discerpebat, dicens in contrarium murmurantibus: malo ecclesias perdere quam bonos monachos: sunt enim seculares plurimi, qui providere poterunt Christi oviculis".[4])

Quibus omnibus ex causis, quin incorporatio quoque, praecipue, quia persaepe sub ea pluralitas latitabat, sicuti aliae uniones inter res odiosas sit numeranda, dubitari nequit.[5]) Quare etiam in incorporationibus ecclesia semper omne genus cautionis adhiberi eamque ad maxima necessa-

---

p. 286 c. 5 § 57 i. f. dicit: „Aber die bischoue nement iguote den Klostern lieber denne sü jn gebent" adjiciens: „ouch warent die Kloster in den tagen vil heiliger denne sü nu sint."

1) cf. Rebuffus l. c. de vicar. perpetuis n. 8 p. 222.

2) v. Espen l. c. n. 30, 31 secundum Ivonem Carnotensem.

3) Guisez l. c. § 7 p. 280.

4) Idem secundum Niderum l. c. p. 281.

5) cf. Garcias P. 12 c. 2 n. 233; v. Espen l. c. P. I tit. 29 c. 2 n. 1; Schloër l. c. c. 2 § 3; Böhmer l. 3 T. 5 § 179 p. 411 hoc quidem negat, concedit autem per exceptionem neque facile uniones (unionibus etiam incorporationem adnumerat) fieri debere, utilitatem vero et necessitatem praestare justas causas. Etiam catholici doctores nihil aliud docent, neque, nisi hae causae adsunt, probant incorporationem. Vocabulum odiosi tantum Böhmerum movisse videtur, ut tanta de Romanae ecclesiae doctoribus interpretumque cohorte indignatione accenderetur, quum his uti Böhmero quoque „ecclesiae salus suprema lex sit." cf. Fösser l. c. p. 360.

rios casus restringi studuit. Minime vero prona ecclesia fuit ecclesiarum parochialium incorporationibus propter periculum saluti animarum saepissime imminens. Jam ex Conciliis Claromontano et Nemausensi episcopos iis haud favisse elucet.[1]) Et cum temporum decursu querelae imprimis Germanorum et Gallorum de abusibus harum incorporationum in dies crebrescerent,[2]) Concilium Tridentinum sess. 24 de ref. c. 13 decrevit: „In unionibus vero quibuslibet seu ex supradictis seu aliis causis faciendis ecclesiae parochiales monasteriis quibuscunque aut abbatiis seu dignitatibus sive praebendis ecclesiae cathedralis vel collegiatae sive aliis beneficiis simplicibus aut hospitalibus militiisve non uniantur.“ Idcirco illae, quae saepissime fiebant, incorporationes, hodie ab episcopis fieri nequeunt. Sed omnes hujusmodi, quas hodie invenimus, aut ante Concilium aut post id quidem, sed papali auctoritate factae sunt. Nam papa etiam hodie potest ecclesias parochiales incorporare illis, corporationibus, institutis et simplicibus beneficiis.[3]) Insigne exemplum papam post Tridentinum talem incorporationem fecisse invenimus in bulla Pii VII papae incipiente: „Provida sollersque“ de die XVII Cal. Septembris ai. 1821,[4]) ubi Limburgum ad Lahnam in Nassovia situm in episcopalem civitatem erigens papa constituit, ut quatuor Limburgensibus canonicatibus parochiales ecclesiae incorporarentur, uni ecclesia Limburgensis, alteri ecclesia Dietkirchensis, tertio Altavillensis, quarto Francofurtensis, ita ut in his canonici essent parochi habituales[5]) et „cura animarum paroeciarum per idoneos vicarios ab ordinariis ad formam canonicarum sanctionum approbandos et instituendos opportune provideretur.“ Quod papae praescriptum, quominus

---

1) Phillips l. c. cf. etiam Bd. VII, II p. 657.

2) Natio Germana hoc gravamen nuntio Adriano VI. Norimbergae 1506 exhibuit Neller l. c. § 3.

3) Schmalzgrüber l. c. l. 3 T. 5 n. 166 i. f.

4) cf. hanc ap. Walter l. c. (9. Aufl.) p. 755 sqq.

5) uti Pius ait: „super dictarum retentione paroeciarum cum memoratis quatuor canonicis apostolica delegata auctoritate dispensando.“

effectum sortiretur, nulla alia re, nisi quod reditus praedictarum paroeciarum non poterant sustentare Canonicos et insuper vicarios, impeditum et a Leone XII. papa indultum est, ut Canonici ipsi curam exercerent et in parochiis residerent.[1])

Neque vero, quod nonnulli volunt scriptores, excipi possunt ab illa s. Concilii regula incorporationes ab episcopo factae pro fundatione, augmento vel conservatione collegiorum aliorumve piorum locorum erectorum ad fidei catholicae defensionem aut propagationem et bonarum artium cultum. Nam ex verbis Concilii ipsis promptum est et manifestum id generaliter tales incorporationes vetare.[2])

Res cum ita sint, concedendum est, hodie incorporationes non facile fieri, quia, uti jam supra diximus, eae, quas concilium vetuit, incorporationes erant usitatissimae, aliaeque rarissime fiebant; et papa illas incorporationes non facile admittet.

In eodem ejusdem sess. s. synodi capite pergitur: „et, quae unitae sunt, revideantur ab ordinariis juxta alias decretum in eadem synodo sub fel. rec. Paulo II, quod etiam in unitis ab eo tempore citra aeque observetur." Quod quidem Pauli II decretum sess. 7 de ref. c. 6 complectitur itaque decernit: „Uniones perpetuae a quadraginta annis citra factae, examinari ab ordinariis tanquam a sede apostolica delegatis possint, et quae per subreptionem vel per obreptionem obtentae fuerint, irritae declarentur. Illae vero, quae a dicto tempore citra concessae nondum in toto vel in parte sortitae sunt effectum, et quae deinceps ad cujusvis instantiam fient, nisi eas ex legitimis aut alias rationabilibus causis, coram loci ordinario vocatis, quorum interest, verificandis, factas fuisse constiterit, per subreptionem obtentae praesumantur ac propterea, nisi aliter a sede apostolica declaratum fuerit, omnino viribus careant."

Quum ita concilium certas uniones et incorporationes

---

[1]) cf. De hac re: Die Redotation des Bisthums Limburg (1868) in Moy's Archiv. Bd. XXI. (n. F. Bd. XV.) p. 342 et 343.

[2]) Schmalzgrüber l. c.

dissolvi jubeat, controversia tamen omnino de incorporationis dissolutione est memoranda. Quamquam enim omnes juris canonici doctores consentiant cessante causa unionis dissolvendam eam esse,[1]) Neller de incorporationis dissolutione haec loquitur[2]): „Sed incorporatio semel canonice facta et non impingens contra Trid. sess. 7 c. 6 non tollitur, etiamsi circumstantiae e. g. egestas monasterii cessent: Alias pauca monasteria (de Canonicis est aliud) per Treviratum retinerent ecclesias sibi incorporatas.“ Contra Fösser[3]) dicit hanc rationem ab externa tantum specie assumtam non esse probandam et incorporationem sicut unionem cessante causa etiam esse dissolvendam[4]) Quam sententiam tuear verba „cessante causa“ ita intelligens: si utilitas incorporationis cessaverit, et incorporatio in damnum ecclesiae se converterit. Nonnullis quidem causis mihi videtur defendi opinio, incorporationem esse indissolubilem. Jam illud, quod tam saepe vim significans incorporationis invenimus verbum „perpetuo“[5]) pro hac sententia videtur pugnare. Deinde cum monasterio, beneficio etc. beneficia incorporata conferantur in incorporatione minus plena quoad temporalia, in incorporatione plena et plenissima adeo veri fiant beneficiati, jus quaesitum in iis habent perpetuum, quod iis non facile potest adimi. Attamen ecclesiae salus suprema lex est, quae nullo modo potest postponi, ideoque, si ecclesiae utilitati obest incorporatio, debet dissolvi. Simile quid etiam habemus in cap. 5 X de rerum permutatione 3, 19. Notum enim est clericum beneficiatum in beneficio suo ha-

---

1) v. Espen l. c. P. II. T. 29 c. 4 n. 3; Neller de gen. id. c. 2 § 4 ann. Fösser l. c. p. 411.

2) l. c.

3) l. c.

4) cf. etiam ad illud Nelleri Schmidtii editoris animadversionem p. 464 et 65 et cfs. Institutiones jur. can. a. J. P. Lancelotto corpori suo jur. can. adjectas L. II. T. 19 § 8: „Quodsi sit unio perpetua, cessantibus eisdem causis, ex quibus facta fuerit, ab iis itidem dissolvi poterit, quorum consensu et auctoritate olim fuerit instituta: nihil est enim tam rationi consonum, quam, ut is destruendi habeat potestatem, cui construendi facultas conceditur.“

5) Ita aiunt: perpetuo unire, incorporare, in perpetuam possessionem conferre cet. cf. Fösser l. c. p. 414 ann. 7.

bere jus perpetuum quaesitum. Atqui adeo huic juri utilitatem ecclesiae praevalere Urbanus III papa censuit, ut aô 1185 ita statueret (cf. cit. c. 5): „Si autem Episcopus causam inspexerit necessariam, licite poterit de uno loco ad alium transferre personas: ut quae uni loco minus sunt utiles, alibi se valeant utilius exercere.“ Attamen consentaneum est, non nisi gravioribus ex causis superioribus ecclesiasticis hac potestate esse utendum, quia alias bonae ecclesiae paci multum obtrectaretur et, quod non est dubium, plurimae controversiae litesque essent ortae, cum monasteria etc. beneficiorum reditus non tam facile e manibus emisissent. Saepius etiam factum esse arbitrer, ut episcopi ecclesiae salute postposita incorporationes paterentur.[1])

Sectio V.

§ 19.

De saecularisationis in incorporationibus effectu.

Miseria et caligine temporum coacta, cum per pacem Lunevillensem aô 1801[2]) imperio Germanico onus esset impositum damna principum, qui terris in Rheni sinistra ripa sitis erant privati, resarciendi, deputatio imperii per legem, quam vocant „Reichsdeputationshauptschluss“[3]) aô 1803 die 25. Februarii[4]) Ratisbonnae datam praescripsit illam magnam monasteriorum aliorumque collegiorum ecclesiasticorum saecularisationem. Quae quidem saecularisatio in regno Borussico per edictum de die 30. Octobris ai 1810, cum jam fere in

[1]) cf. etiam v. Espen l. c. n. 3.

[2]) cf. Art. VII. pacis Lunevillensis (ap. G. Mayer: Staatsacten (corp. jur. confoed. germ. II. Aufl. 1839) p. 1 sq.: „Qu'en conformité des principes formellement établis au Congrès de Rastadt l'Empire sera tenu de donner aux princes héréditaires, qui se trouvent dépossédés à la rive gauche du Rhin, un dédommagement, qui sera pris dans le sein du dit Empire suivant les arrangements, qui d'après ces bases seront ultérieument déterminés“.

[3]) G. v. Mayer l. c. p. 12.

[4]) Hoc die deputatio imperii decrevit itaque vulgo allegatur, quamquam, si accurate rem accipias, dies 27. Aprilis proferendus esset, quo die illud decretum imperatoris consensu lex facta est.

omnibus Germaniae territoriis effecta esset, ordinata est.[1]) Per quam saecularisationem apud nos incorporationes monasteriis et collegiis itemque multae dignitatibus factae omnes sunt sublatae et passim tantum nomen „Pfarr-Administrator" incorporatam talem fuisse parochiam in memoriam nostram revocat.[2]) Bona vero omnia monasteriorum et cum his etiam beneficiorum incorporatorum in aerarium fisci translata sunt. Per hanc in bona successionem fiscus obligatus est, omnibus, quae illis beneficiis olim incorporatis necessaria sunt, providere et hoc tum R. D. H. S.,[3]) tum edictum regium Borussicum[4]) exprimunt, et tum demum liberatur, si omnia, quae ex bonis instituti accepit iis vocatis, quorum interest, in usum ejus impendit.[5]) Obligatur ergo fiscus presbytero ecclesiae antea incorporatae congruentem sustentationem praebere,[6]) aedificia ecclesiastica restaurare,[7]) talia cetera facere.

Quod cum doctrina concedat, quaestio, quae multarum dissensionum inter episcopos et gubernia civilia nec non magni inter viros doctos certaminis materiam praebuit, in quo res non semper sine ira et studio gerebatur, est de successione civitatis in jus illud monasteriorum praesentandi.[8])

---

1) cf. edictum: Ueber die Einziehung sämmtl. geistl. Güter der Monarchie (Gz. S. v. 1810 p. 32) ap. P. J. Vogt: Kirch.- u. Ehe-R. der Kath. u. Evang. in den Königl. preuss. Staaten Breslau 1856 p. 604 anm.) § 1: Alle Klöster, Dom- und andere Stifter, Balleyen u. Commenden, sie mögen zur kath. od. prot. Religion gehören, werden von jetzt an als Staatsgüter betrachtet."

2) Herzog: Encyclopaedie s. v. Incorporation.

3) R. D. H. S. § 35.

4) cf. § 2: „Für die Entschädigung der gegen die aufgehobenen Institute berechtigten soll gesorgt werden" et § 4: „Wir werden für hinreichende Belohnung der obersten geistl. Behörden und mit dem Rathe derselb. für hinreichende Dotirung der Pfarreien . . . sorgen."

5) cf. Archiv für kath. K.-R. Bd. 24 p. 115; et sententiam summi regni Borussici tribunalis ibid. de die 26. Mai 1834 de parochia Alt-Heinrichavensi.

6) cf. sententiam summi tribunalis de die 20. Junii 1856, quam tulit de lite parochiae S. Patrocli Soëstensis contra fiscum: Archiv p. 117.

7) Archiv l. c.

8) Haec res tractata ab J. Gregel: Das landesherrliche Patronat Würzburg 1805 imprimis p. 38 sqq; Hinschius: Das landesherrl. Patronat 4. Abschnitt II. p. 40 sqq.; Rosshirt in Moy's Archiv Bd. 4 p. 29 sqq.; Schulte Archiv Bd. VII. (N. F. I.) Mainz 1862 p. 215 sqq.; Vering ibid. p. 227

Ex hac enim successione etiam jus patronatus regium efficitur. Qua in re tractanda incorporationem jure plenissimo factam possumus omittere, quia in jura, quae in hac monasteria habebant, princeps succedere nequivit, cum essent mere spiritualia, quasi episcopalia, quae laicis nunquam conceduntur, quod a nemine dubitatur.[1]) Item licet incorporationem jure pleno factam silentio praeterire, quia in hac monasterium etc. verus beneficiatus est, et si interit hoc, beneficium vacat et fit liberae collationis episcopi nulloque modo civitas ipsa beneficium tenere potest. Etiam hoc ab omnibus datur.[2]) Maxima vero controversia est de incorporatione quoad temporalia, ubi monasteria jus habebant praesentandi, quod et laicis concedi potest v. g. in jure patronatus. Jus patronatus fiscus sibi in ecclesia quoad temporalia incorporata ex successione illa nullomodo vindicare potest, quia nec ipsa monasteria jus patronatus per solam incorporationem habebant sed tantum jus praesentandi.[3]) De juribus vero patronatus, quae praeterea ad monasteria translata erant agere, nostrum hoc loco non est.

V. D. Hinschius, qui hoc quidem probat,[4]) tamen contendit hoc jus praesentandi pari atque jus patronatus reale ratione esse judicandum, quia, uti paulo ante ait, monasteria jus praesentandi saepe respectu tantum bonorum beneficii acceperint, saepe vero jus patronatus jam habuerint et ad

---

cf. Richter: Lehrb. (6. Aufl.) § 193 p. 535 f.; Schulte Lehrb. d. kath. K.-Rs. (1868) p. 275 sq.; Phillips K.-R. Bd. VII., II. p. 686 sqq. et scripta § 417 not.* et 10 ibid. citata cf. etiam Schulte: Die Rechtsnachfolge der freien Stadt Frankfurt in die Patronatsrechte des säcularisirt. Bartholomäusstifts etc. Ein Rechtsgutacht. v. Bluhme beleuchtet v. Schulte: Moy's Archiv Bd. XVI. (n. F. X) 1866; Bluhme, quem jam saepius citavi; Denkschrift d. kath. Bischöfe in Preuss. v. 9. Oct. 1849 üb. d. Verf.-Urk. f. Preuss. v. 5. Dez. 1848; Denkschrift der oberrhein. Bischöfe v. 18. Jun. 1853; Itemque orationem episcopi Coloniens. J. Geissel ap. Vering: Verhandlg. d. Bischöfe Deutschl. zu Würzb. 1848 I. Sitzg. Moy's Archiv Bd. 21 p. 158 sqq.

[1]) Schulte ap. Moy. Bd. VII. p. 226 n. 3; Hinschius l. c. p. 5. n. 1; cf. Archiv Bd. 24 p. 256 i. f.; Walter 14. Aufl. § 235 a. n. 1 p. 528.

[2]) Schulte: Lehrb. l. c. Nro. 4; Rosshirt: Can. R. p. 441; Hinschius l. c. p. 41; Archiv Bd. XXIV p. 256; Walter l. c. § 235 f. 4. imprim. n. 5.

[3]) cf. huj. comm. § 11.

[4]) l. c. § 1 i. f.

hoc bona acquisiverint. Hoc vero posterius omittere possumus quia in hoc casu non jus solum praesentandi est sed verum jus patronatus. Quod ad prius attinet, stricte atque clare esset demonstrandum, cum in dubio semper libera episcopi collatio est praesumenda,[1]) et nisi esset reale hoc jus (sunt qui etiam in hoc casu successionem fisci denegent[2]) nullo modo posset vindicari. Neque facere possum, quin omnino negem[3]) respectu temporalium tantum concessum esse jus praesentandi et potius propterea dicam tale jus monasteriis etc. datum esse, quia apud ea non temporalia beneficii solum fuerunt (quod, uti § 5 i. f. jam demonstravimus, ad incorporationem non sufficit) sed beneficium ipsum quoad temporalia et ob id monasteriis jus quoddam datum esse in spiritualium administratore instituendo. Praeterea vero ecclesia, quae saecularisationem nunquam, si rem stricte declares, probare potuit[4]) neque probare potest ea, quae ex hac efficiuntur, veluti fisci jura patronatus etc.[5]) Si ecclesia postea connixit et saecularisationem, quia ex summa necessitate facta erat, toleravit, non mihi videtur aequum omnes, quae, quamquam maxime essent dubiae, fieri possent, consequentias ex ea trahere juraque deducere, quae civitati parvi sunt momenti et ne gravissimae saecularisationis causae quidem, quae fuit sublevatio aerarii fisci, respondeant.[6]) Notandum etiam est per exceptionem interdum jus praesentandi, quod monasteria etc. ante saecularisationem exercu-

---

[1]) De qua re omnes uno ore consentiunt canonistae. cf. c. 4 C. 10 q. 1; C. 3 X de institut. 3, 7; c. 6 X ibid.; Anacl. Reiffenstuel l. c. l. 3 T. 5 § 7 n. 175 sq.; v. Espen l. c. P. II. T. 4. c. 1; De Riegger l. c. P. III. § 118.

[2]) cf. Anm. d. Red. zu Schulte in Moy's Archiv. Bd. VII.; Phillips K.-R. VII., II. p. 696, 97.

[3]) Quod idem faciunt episcopi regn. Boruss. in cit. Denkschrift ap. Hinschius l. c. Abschn. VI. § 6.

[4]) Papa etiam rejecit R. D. H. S. teste Richter l. c. (1842) p. 151.

[5]) cf. Anm. der Red. zu Schulte: II. Beitrag zum Patronat-R. in Moy's Archiv Bd. VII. von Vering; et Nachtrag der Red. zur Denkschrift des k. preuss. Cultusministerium: Ueber die Aufhebung d. Kirch.-Patronats in Preussen in Moy's Archiv Bd. 24 p. 222 n. 3.

[6]) R. D. H. S. Art. 36; Preuss. Edict. causas b, d. Nachtrag d. Red. ad cit. Denkschrift des Cultusministerium n. 4; Phillips K.-R. l. c. p. 686 et 693.

erant, regibus per indultum papale concessum esse.[1]) In regno Borussico nuper omnibus fere in dioecesibus cum jura patronatus regia ordinarentur per transactiones cum episcopis dioecesanis initas[2]) etiam illa successio in jus praesentandi fisci ordinata est.[3])

Tales ad transactiones, cum neque facile gubernia prorsus desistant, neque ecclesia, nisi exceptio probetur, liberam episcopi collationem praesumens de jure suo possit decedere, ad bonam inter ecclesiam et civitatem pacem servandam certumque rerum ordinem restituendum confugere melius erit.

§ 20.

De incorporatione in jure ecclesiastico protestantium.

Quod in tota mea hac commentatione juris protestantium nullam feci mentionem, non mirum videbitur ponderantibus ecclesiam protestanticam ea instituta et beneficia, quibuscum saepissime in jure catholico incorporatione alia beneficia connexa sunt, monasteria, capitula, dignitates eo, quo catholica ecclesia, sensu non agnoscere[4]) maximeque omnino non habere. Qua ex re partim sequitur, partim certe constat, cum unionis species etiam in hoc jure inveniamus,[5]) incorporationis exempla esse rarissima et etiam juris pro-

---

[1]) cf. verba concordati Bavarici Art. XI.: „Praeterea Majestas sua praesentabit ad ea beneficia, ad quae corporationes ecclesiasticae actu non existentes praesentabant.“ (ap. Walter l. c. 9. Aufl. p. 733); cf. Concord. Austr. Art. 25 et Phillips l. c. p. 691 sqq.

[2]) cf. de hac re: Die fiskal. Patron. Re im Königreiche Preussen v. Vering in Archiv Bd. 24 p. 223 sqq.; Phillips l. c. p. 692.

[3]) cf. Archiv l. c. p. 242 transactionem inter gubernium regium et episcopum Paderbornensem de 12 Mart. 1851, ubi gubernium, ad aequitatem nunquam non pronum, omnia fere ex incorporationibus manantia jura praesentandi ecclesiae restituit. cf. 1) b, c, d et 2).

[4]) Jam vota solennia ecclesiae protestanticae eo, quo iis utitur catholica ecclesia, sensu aliena sunt, quin etiam quasi scelera habentur. cf. Wiese: von Gelübden im evang. Sinne Berl. 1861; Eichhorn: Grunds. d. K.-R. Bd. II. p. 599 sqq.

[5]) cf. E. Colerus in disput. inaug.: De unione eccles. potissim. protest. Altorffi 1688; F. Jacobson: Das evang. K.-R. d. preuss. Staats Halle 1866 Buch II. p. 231.

testantici scriptores aut nihil de hac innovatione memorant[1]) aut eam rejiciunt et condemnant.[2])

Attamen nonnulla incorporationis exempla etiam in hac ecclesia exstant, veluti Wittenbergensi academiae ecclesia Orlamundensis et Erfurtensi quatuor canonicorum beneficia incorporata sunt.[3]) Itemque in Anglia, cum saeculo XVI monasteria, (quibus dimidia fere omnium illius terrae parochiarum pars fuit incorporata) sublata sunt, parochiae, quae iis fuerant incorporatae, dignitatibus aut aliis corporationibus tradebantur iisdem condicionibus, quibus eas monasteria habebant.[4]) Qua de causa illae corporationes et dignitates parochias ita habent, ut, si fuerant minus plene incorporatae, cura vicario perpetuo certa portione dotato, si vero fuerant plene incorporatae, cura cuidam vicario ab eo, qui reditibus parochiae fruitur, conferatur, et vicarius ab hoc sustentationem accipiat. Et in hoc casu vicaria „stipendiary curacy“ i. e. curatia stipendiaria vocatur.[5])

Pari modo etiam in Suecia parochiae aliaque beneficia dignitatibus ecclesiasticis perpetuo annexa atque incorporata sunt, illorumque spiritualia per vicarium administrantur.[6])

---

1) cf. Colerum et Jacobson.

2) cf. Böhmer l. c. l. 3 T. 5 p. 440 § 203. cf. Bluhme l. c. p. 73: „Ebensowenig hat die Fiction einer Parochialität ohne Rechte der Seelsorge in dasselbe (sc. jus eccl. prot.) Eingang gefunden.“

3) Ita secundum Sleevogt refert Fösser l. c. p. 378.

4) cf. 31 Henr. VIII. c. 15, qui secundum Walter (14. Aufl.) § 171 ait: „Impropriations shall beheld by laymen as they were held by the religious houses, fro which they were transfered.“

5) cf. Walter l. c.; qua ex re etiam sequi videtur, ut in Anglia tam saepe inveniatur nomen vicarii parochiae.

6) Walter l. c. § 170.

VITA.

Natus sum Georgius Maria de Kujawa Idibus Januariis aô h. s. LI. Nimicii, Silesiae oppido patre Gustavo, regii judicii Nimiciensis rectore, matre Melania e gente Neumann, quibus adhuc viventibus gaudere mihi licet, quorumque vitam diu servare velit, omnibus precibus Deum oro. Fidem amplector atque profiteor catholicam. Primis literarum elementis et domestica disciplina et in publicis literarum ludis instructus scholam V. D. Paetzold phil. Dr., quem jam morte abreptum graviter lugeo, in oppido patrio frequentavi. Deinde puer XII annorum gymnasium petii Suidnitziense, in quod receptus sum a viro summo Held, tunc directore, praeceptore optimo et elegantissimo. Recordationem talis viri defuncti, magni doctrinae variae accurataeque et severae morum sanctitatis et ingenuae modestiae exempli, quales paucissimos invenias viros, fido pectore recolere haud destituam. Cui, postquam supremam mortem obiit, Friede, V. D., successit, cujus auspiciis etiam nunc illud gymnasium floret. Docuerunt me V. V. Ampliss. Friede, Prof. Dr. Schmidt, Prof. Rösinger, Dr. Golisch, Dr. Hildebrand, Schirrmann, Aust, Dr. Bräuer, Dr. Freyer, Dr. Dahleke, Martin, Pischel. E numero horum virorum, quorum omnium benevolentiae erga me collatae semper animo gratissimo et piissimo meminero, Dr. Dahleke jam nonnullos abhinc annos praemature vita decessit, et nuperrime nuntiatum est Professorem Rösinger Deo animam reddidisse. Erga hunc defunctum, discentibus animi eruditione mirifice fructuosum praeceptorem omnibus aequum et dilectum neque erga omnes benevolentia non redundantem, tali modo publice debitae pietatis pignus mihi esse exsolvendum censui. Gymnasio Suidnitziensi usque ad octavum decimum aetatis annum frequentato maturitatis testimonio instructus hanc Universitatem adii Vratislaviensem tempore paschali h. s. LXIX, ut Ictorum castra sequerer, atque, postquam Rectori magnificentissimo Raebiger dextram

dedi, ab Ill. V. Dr. Schulze, illo tempore spectabili decano in Ill. Ictorum ordinis album inscriptus sum. In hac alma Viadrina per VI semestria versans audivi docentes hosce Ill. Human. viros: Drr. v. Bar, Eberty, Elvenich, Friedberg, Gitzler, Göppert, Huschke, Korn, Schulze, Stobbe, Tellkampf. Quibus omnibus egregie de me meritis gratias ago quam maximas. Non satis vero Ill. V. Gitzler insignem et eximiam comitatem me praedicare posse profiteor, qui in me plurimo benignitatis atque liberalitatis collato in omne tempus animum meum devinxit cujusque beneficiorum memorem me praebere semper studebo. Dr. Korn V. Ill., qui cum aô MDCCCLXX patriae bellum exarsisset ad arma vocatus, gloriosissimum exercitum secutus honesta quidem et gloriosa pro rege et patria, sed tamen immatura morte defunctus jam in hostium terra sepulcreto recubans diem Domini exspectat, erga me comitatis recordari perpetuoque dolere eum haud desinam.

Nunc quidem, postquam examen pro referendariatu et rigorosum pro academico gradu omnibus, quae ad hocce requirantur, antea feliciter gestis absolvi, nihil superest ad doctoris in utroque jure honores consequendos, nisi, ut dissertationem thesesque propositas publice contra adversarios rite defendam.

Dabam Vratislaviae mense Augusto aô MDCCCLXXII.

THESES.

1. Divisa universitate jus patronatus reale ad singulas partes pertinere aio.
2. Beneficium abstinendi heredi necessarii heredis, sive suus sive est extraneus heres, concedendum est.
3. In legis Ripuariae tit. 49. „necessitas“ non „legitima necessitas“ (echte Noth) est.
4. Sp. Sax. I, 31 § 1. 2., III, 76 § 2 et I, 11. sibi non adversantur.